
6
33 L
21

S. Silvestro al
Quirinale




DICTIONARIVM


LATINOHISPANICVM, ET VICE VERSA HISPANICOLATINVM, ÆLIO ANTONIO NEBRISSENSI INTERPRETE, NVNC DENVO INGENTI VOCVM ACcesſione locupletatum, priſtinoque nitori ſublata mendarum colluuie reſtitutum.

AD HAEC.


Dictionarium propriorum nominum, ex probatiſſimis Græcæ & Latinæ linguæ autoribus, addita ad calcem neoterica locorum appellatione concinnatum.








Ex libris Congr. Missionis Domus S. Sylvestri in Quirinali





ANTVERPIÆ
In Ædib. Ioannis Steelſij.
M. D. LX.
Cum Priuilegio Regis.

AD ANTONIVM NEBRISSENSEM ARII LVSITANI EPIgramma, quo illum hortatur, vt ſuum Lexicon edat.



CVr opus Antoni clarum atque inſigne recondis?
Cur negat ipſe ſuum pulcher Apollo iubar?
Ille liber Phœbo ſimilis fulgebit in orbe
Altior, illuſtrans quæ latuêre diu.
Quicquid enim in mundo rerum natura parauit,
Ordine perſpicuo conſpicienda patent.
Nec genus, aut quæ ſunt tantum communia monſtrat,
Sed ſpecie in propria quicquid in orbe fuit.
Quis putet hoc ipſum cunctos potuiſſe, quod vnus
Hiſpanus Varro præſtitit & Figulus?
Nam Latias voces noſtris, & Græca Latinis,
Et rebus voces reddere difficile eſt.
Durus vterque labor, res nulli tacta priorum:
Ars tamen & virtus ardua quæq; petunt.
O vis excellens animi, reſpublica noſtræ
Hunc Academiæ diſcipuliq; petunt.
Flagitat hunc medicus, vates, iuriſque peritus,
Theologus, Orator, Philoſophusq; ſimul.
Quis non cunctarum rerum ſibi nomina apertè
Sermonem in patrium verſa videre velit?
Denique librorum ſyluam diffuſa per omnem,
Ad nutum proprijs quæque notata locis?
Vera cano, nec dulcis amor ſic indicat, immò
Ex hoc iudicio defluit auctus amor.

FABIANI ANTONII Nebrissensis. F.

IAm iam quid dubitas immensa per æquora tutus,
Sidere tam fausto tendere vela noto?
Castalidum percurre choros, Latiasque camœnas:
Rhethoricum quicquid ditia regna beat.
Aut quid naturæ varios effingere vultus,
Quicquid tellus alit, Oceanusque placet.
Et medicas aude syluas penetrare latentes,
Nec semper nostris inuia lustra time.
Iura inuade simul quotquot ciuilia, campos
Sacratos, pariter dogmata pontificum.
Denique & humana, & diuina volumina tenta,
Hic aditus faciles pandit ad omne liber.
Quod metuas non est obscura ænigmata Sphingos,
Et lamias, si quas semita fortè parat.
Non est quod Syrtes paueas, sæuasq; Charybdes,
Atque vagas cautes, Cimmeriumque fretum.
Antonio hæc igitur debetur gloria soli,
Ac laudum titulis hic numerandus erit.
Primus in Hesperiæ populos velut æthere missus,
Quod doceas Latios reddere verba sonos
Et pro Sarmaticæ stridenti murmure linguæ.
Romanum dederis primus & eloquium.
Verbaq; nunc iterum magno digesta labore
Rebus quod facias concinuisse suis.

disciplinarum professores satisfacere vix possint. Nam quotusquisq; præceptor in arte sua aut non negligit, aut non ignorat plęraq; rerum vocabula? in quę si fortè inciderit, aut dissimulat, aut aliud pro alio accipit, aut si nescire fatetur ingenuè. Quod si velint esse paulò diligentiores, atq; authores illos consulere, qui de vocabulorum significationibus scripserunt, aut nihil reperiant, aut si quicquã reperierint, nihilò plus inde reportent, quam si nihil inueniãt. Omnes enim qui sibi vnquam hanc prouinciam assumpserunt, aut in dictionibus obsoletis, inusitatis, barbaris & peregrinis, magna ex parte occupati sunt, aut tam ambiguè dubitanterque omnia exponunt, vt nihil certi nobis tradant: aut si rem ipsam per diffinitionem qualis est nobis describunt, non tamen ita vt digito monstrari possit. Quod eò fit, aut quia ipsi ijdem illa ignorant, aut quia incognita permultò incertiora nobis ostendunt. Quæ omnia vitia quantum fieri potuit, declinauimus. Nam & vocabula Osca & Prisca (quibus propter antiquitatis maiestatem plærunq; vtuntur authores) breuiter attigimus, neque quicquam sub ambiguitate reliquimus, sed aut quid esset, planè diximus: aut cõfessi sumus nos ignorare, rei genere tantum cum aliqua differentia annotato. Et ne vllus mihi relinquatur veniæ locus, dictiones Latinas aut Græcas & Barbaras latinitate donatas, per exactissimam alphabeti seriem digestas, in Hispanam vel Hispaniensem linguam conuertimus: magno fateor æstimationis meæ periculo, cum non desint qui literas ventilent, calumnientur in syllabas, & toti deniq; huic nostrę interpretationi detrahant. Sed audendum fuit aliquid, atque pro vtilitate multorum subeũdum, vt sapientes atq; insipientes de nobis iudicarent. Quod si alicubi excidimus, neque satisfecimus opinioni, quam multi de nobis habent, cõsiderare debebit amicus lector rei difficultatem, & nõ quid ego fecerim, sed quid alij præstare non potuerint. Nam cum res ipsæ quarum vocabula sunt, aut cum ipsa natura perennent, aut in solo vsu hominumque arbitrio positæ sint, naturalia illa magna ex parte nominibus tantum peregrinis orbi nostro cognita sunt, & hæc voluntaria nobis etiam sentientibus cotidie cum nominibus immutantur. Quid? quod ex ijs rebus quarũ formæ (vt physici dicunt) sempiternę sunt, quędam penitus interierunt, quasdam incognitas repentè natura protulit? Nulla fuit arbor inter antiquos nobilior platano, sed an extet hodie apud aliquas gentes, ego non ausim affirmare: certe in Hispania nusquam esse audio. Fuisse autem antiquis temporibus, vel ex eo manifestum est, quod. C. Cæsar in memoriam nominis sui, arborem propria manu Cordubæ conseuit. Qua de re est epigramma Martialis:

In Tartessiacis domus est notissima terris,
Qua diues placidum Corduba Bætin amat,
Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo,
Et linit Hesperium bractea viua pecus.
Ædibus in medijs totos complexa penates,
Stat platanus densis Cæsariana comis.

Quod verò poëta dicit,

Vellera natiuo pallent vbi flaua metallo.

Et alio loco,

Vncto Corduba lætior Venafro.
Albi quæ superas oues galesi,
Nullo murice, nec cruore mendax,
Sed tinctis gregibus colore viuo.

Et alio præterea loco de Bæti fluuio,

Bætis oliuifera crimen redimite corona,

Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Nemo est qui dicat se nostro sæculo vidisse oues natiuo illo auri splendore infectas. Vbi nunc est illa auri tot sęculis exhausta, atq; terris omnibus prælata fertilitas, ex qua pondo auri sexaginta millia quotannis populo Romano pendebat Asturia? Vbi nunc argentarij illi putei ab Hannibale inchoati, quorum vnus tantum trecentas argenti libras cotidie Carthaginēsibus subministrabat? Vbi nunc in prouincia Bętica numerosa illa plumbi inuentio? Vbi in Tarraconensi ad Segobrigam lapidis specularis metalla? Vbi torrentis illius qui præterlabitur Tarraconem lini tenuandi, poliendi, candificandi incredibilis quædam natura carbasis ibi primum repertis? Quæ omnia eousque euanuerunt, vt ne vestigium quidem vllum nostra ætate reperiatur. At econtrariò, multa sunt nostro sæculo, quæ antiquitas illa aut penitus ignorauit, aut genere tantum indistinctè cognito, differentias rerum non intellexit. Mala citrea vnius tātum generis ac nominis, atque ita vix cognita apud antiquos fuisse legimus. Nos vero eius pomi varijs generibus nomina diuersa indidimus, *Cidras, Naranjas. Toronjas, Limas, Limones* appellantes. Pari ratione Cucumeres vna forma atq; nomine apud illos erant: cum repente prouenêre in Campania cōglobati: & ex illorum semine factum est nouum genus: cœptiq; appellari Melopepones. At verò nos præter anguinum & cultiuum: & illum in Campania inuentū, adhuc alia genera cernimus: *Pepinos, Badeas, Sandias*, vocamus. Neq; solum ijs in rebus quæ natura constant, vocabula ipsa cum rebus oriuntur simul & occidunt, verumetiam vsus & desuetudo tantum pollet, vt rebus ipsis permanentibus quædam ex illis obruat, quædam rursus proferat in lucem. Accipitres eos qui sic propriè appellantur, & quibus tempestatis nostræ aucupes vtuntur, in duo genera distinxit Aristoteles, autor omnium diligentissimus: atq; Humipetas & Sublimipetas appellat, nos *Açores & halcones* dicimus. Sed quod illis temporibus ars hæc accipitraria nondum erat inuenta, neq; accipitrum vsus adeo frequens, satis habuerunt illos ex ratione volatus in duo genera partiri. Nostri verò, quibus hæc ars est in maximo honore, complures in vtroque genere differentias fecerunt: *Gauilanes, Açores, Girifaltes, Neblies, Sacres, Alfaneques, Baharies, Tagarotes*, tū plumarū ratione, tum nascendi ordine, tum patriæ, prædæ, victus, morumq; varietate distinguentes. Contra in apibus animal quo nullum est nobis familiarius, & quod ex insectorum genere solum est hominum causa generatum, multa sunt, quæ nec apiarij quidem nostri sæculi intelligunt, cū à maioribus nostris sint perspecta simul & cognita. Quis enim hodie ex mellatione aliud percipit quàm mel & ceram? Pauci ex medicis nouere Propolim. Rhitacen verò quod erat ex fauis mel preciosissimum, virtutisque ad illiciendum mirandæ, ne suspicari quidem possunt quid sit, cum Cleros, Metys, Pissoceros, magni ad medicamētavsus, omnino illis re atq; nomine incognita sint Iam verò ex ijs rebus quæ sunt in promptu, semperq; fuerunt, multa significantius vno verbo latinus sermo dicit, quam nos pluribus. Esto exempli causa Omen, quod significat illud (vt ita dicam) auspicium, quod captamus ex eo, quod locutus est quisquā in re perquàm diuersa, si velimus Hispanū facere vix multis verbis id poterimus consequi. Si vérteremus in *Alfil Toledano*, rectè atq; Hispanè interpretaremur, sed qd illud sit, perpauci intelligunt. Econtrariò multa latinus sermo habet, quorum vim, etsi latina lingua sentit, non tamen habet vnum aliquod verbum, quo illa enunciet. Vt ecce à

cubito

bito nos fecimus *Codada*, pro eo quod est latinè cubiti ictus: *Codear*, pro eo quod est cu bito vellere. Quod si earum rerum, quæ sunt per naturam constantes, vocabulorũ tanta mutatio est, quid futurum putamus in ijs, quas aut necessitas humana cotidie reperit, aut luxuria parit, aut otiũ excogitat? Ex hoc genere sunt vestes, armaméta, cibi, vasa, naues, instrumenta musicæ, rei rusticæ, atq; omnium illarũ artium quas in opulentissima quaque ciuitate cernimus. Hæc idcircò tam multis repetita sunt, vt nemo miretur si non semper Hispaniẽsia latinis, atq; Hispanis Latina vocabula reddidimus. Nihil enim in vtriusq; linguæ dictionibus comparandis tam præ nobis tulimus, quàm illud, quod de lege interpretandi est à Cicerone dictum elegantissimè, verba non numeranda, sed ponderanda esse. Neq; otiosum quis putet, quod in eodem opere duo simul opera edidimus, nam illud quoq; fuit nobis curæ, vt prospiceremus omnium vtilitati: & eorum qui ex Hispano sermone in Latinum venire cupiunt: & eorum qui Latinos codices legere audent, necdum tamen illis cognitio Latinæ linguæ absoluta cõtigit. Volumen tamen ipsum sub incredibili quadam breuitate contraximus, ne pauperes magnitudo precij ab emptione, diuites verò fastidiosos vmbilicus crassior à lectione deterreret: simul etiam quo facilius sub ala atq; in sinu manuq; gestari & circumferri posset. Inscripsimus autem non qua cæteri arrogantia, Catholicon, Pandectas, Ceras amaltheas, quod est vniuersale compreheñsorium, Cornucopiæ appellantes: sed pleno verecundiæ titulo Lexicon, Grecè: quod est Latinè Dictionarium. Tuæ vero Amplitudini dedicauimus, non qua fiducia cymbalum illud mundi Apion grammaticus, qui dicebat illos à se immortalitate donari, ad quos opera sua cõponebat: sed qua Phidias ille primus toreuticæ artis repertor, qui cum Atheniẽsibus ex auro & ebore memoratissimam illam Mineruæ statuam effingeret, nomenq; suum inscribere non liceret, sui ipsius persimilem imaginem ita clypeo coagmentauit, vt ea conuulsa, tota operis colligatio solueretur. Ego quoque pari ratione, cum viderem te generis nobilitatem à maioribus acceptam, præclarissimis tuis virtutibus multò illustriorem reddidisse, nomenq; tuum apud nostræ nationis homines immortale futurum, quia non poteram ego per meipsum nobilitari, excogitaui rationem (vt ait poëta) qua possem me humo tollere, atque ipse fieri immortalis: & in titulo huius operis ita meum nomen cum tuo ferruminaui, vt alterum ab altero diuelli non posset. Rationes autem & argumenta quæ nos impulerunt, vt isto vel illo modo interpretaremur, enarrationes quoq; vocabulorum, & cæteras grammaticæ partes in tria illa volumina distulimus, quæ ijs de rebus sumus propediem edituri: opus magnum, diffusum atq; varium, quippe quod ex quadringentis circiter probatissimis autoribus conflatum est. Eratq; mihi in animo illud in primis edere, nisi essem à te, Princeps humanissime, quotidiano prope cõuitio exagitatus, vt inciperem iam tandem aliquid emittere, neq; te diutiùs vana spe luderem. Quemadmodum igitur amplissimæ Dignationi tuæ debebunt qui aliquid vtilitatis ex hac mei operis editione percipiẽt: ita par est vt tibi imputẽt, si quid est à nobis præcipitanter atque inconsiderate editum. Sed antea quàm rem ipsam aggrediamur, pauca nobis præmittenda sunt, quibus omnem nostram mentem circa dictiones singulas explicabimus.

PRincipio omnes dictiones in differentia esse quincuplici. Nam aut sunt Oscæ, aut Priscę, aut nouæ, aut barbaræ, aut probatæ. Osca, sunt vocabula, quę & Opica possunt appellari, quibus Osci atq; Opici, antiquissimi Italiæ populi vsi sunt: sed quæ sæculum eruditius omnino damnauit, atq; ex vsu penitus exclusit. De quibus libro primo ora-

oratoriarum institutionum Quintilianus ait. Neque sint vtique verba ab vltimis etiã oblitteratis temporibus repetita, qualia sunt Prosapia, Exãtlare, Antegerio, & Saliorũ carmina, vix suis sacerdotibus intellecta. Prisca verba (vt idem autor inquit) afferunt orationi maiestatem aliquam nõ sine delectatione. Nam & autoritatem antiquitatis habent, & quia intermissa sunt, gratiam nouitati similem parant. Sed opus est modo, vt neque crebra sint, neque manifesta, quia nihil est odiosius affectatione, qualia multa legimus apud Plautum, Terẽtium, & Catonem: atq; etiam ex iunioribus, Virgiliũ, & Lucretium. Noua sunt, quæ probatissimi autores ausi sunt in medium proferre, cum antea non essent: ex Horatij memorabili præcepto

licuit semperq́ licebit
Signatum præsente nota producere nomen.

Sic Cicero à Beatus fecit Beatitas & Beatitudo, quorum alterum explosum, alterũ receptum est. Sic nostra ætate Franciscus Philelphus Stapeda, pro eo quod Hispanè dicimus *Estribo*. Cuius audaciæ quanquam est à plerisq; reclamatum, potest tamẽ excusari, quòd nullum inuenit latinum nomen quo posset significare id quod volebat: cũ neq; res ipsa fuerit apud antiquos: sic & nos ipsi multa in hoc genere sumus ausi, quibus ego interim censeo vtendum, quoad meliora ab alijs fuerint inuẽta. Barbara sunt quæ ex peregrino sermone ascita, latino sermoni autores inseruerunt. Sic Virgilius ex sermone Germanico sumpsit Cateia, quod est iaculi genus: sic ab Afris Magalia, quæ sunt casæ pastoriciæ. Sic Cicero à Sardis Mastruga, quod est vestis genus. Sic Iuuenalis Rheda, quod est vocabulum Gallicum, significatque vehiculi genus. Sed, vt Quintilianus ait, excusatur hoc vitium, aut consuetudine, aut autoritate, aut vetustate, aut denique vicinitate virtutum. Probata verò vocabula sunt habenda, quibus autores illi vtuntur qui floruerunt intra ducentos circiter quinquaginta annos ab ortu Ciceronis ad Antonium Pium: hoc est à centesimo ante natalem Christi anno, ad centesimum quinquagesimum ex quo salutem Christianam numeramus. De quo verborũ genere Quintilianus inquit, vt nouorum optima erunt maximè vetera, sic veterũ maximè noua. Ex probatis verò, alia sunt vsitata, alia rara. Inter quæ rursus alia est differentia, quod alia sunt poëtica, alia oratoria, alia historica. Autoritas, vt idem Quintilianus ait, ab oratoribus & historicis peti solet: nã poëtas metri necessitas excusat. Quare vocabulis Oscis atque Barbaris, illis tantum vtemur, quæ sunt ab autoribus celebrata: atque id quidem rarissimè: nec sine quadam ignominiæ nota, addentes, vt ita dixerim, vt sic loquar, & similia, quibus sermonis impropietatem excusare consueuimus. Priscis verò & nouis, rarò quoq;, & cum verecũdia quadam: vt excusare possimus id fecisse aut in honorem antiquitatis, aut necessitate, cum dictionẽ latinam non habemus, qua id quod volumus significare possimus. Probatis verò quæ sunt in vsu frequenti, frequenter: raris, rarò: poëticis, in carmine tantum: oratorijs verò & historicis in prosa oratione atque in carmine indifferenter vtendum. Atq; vt in tanta ambiguitate lectorem monere possimus, adiecimus cuique dictioni notam qua censeri debet cuius sit ordinis. Nam Oscis, os. Priscis, pr. Nouis, no. Barbaris, bar. Raris, ra. Poëticis, po: quibus verò nihil tale appofuimus, vsitata & oratoria intelligendum est, nam græcis receptis æquè ac latinis vtemur. Orthographia verò, quia simplex non est, atq; , vt ait Quintilianus, consuetudini seruit, & cum temporibus sæpe mutatur, literaturã illam sequemur, in quam plæriq; autores consentiunt. Quare meminisse debebit is qui dictionem aliquam requiret, posse illam scribi per vocalem aspiratam, vel exilem, vel

per æ

OPTIMO AC RELIGIOSO VIRO, FRATRI IACOBO A MVRCA, DIVInarum literarum Doctori clarissimo, & Conibricensis Academiæ moderatori vigilantissimo, Ludouicus Nonius à Sanctarena medicæ artis professor fœlicitatem.



VM superioribus annis, Præsul amplissime, Antonij Lexicon in lucem esset proditurũ, quibus ego causis impulsus illud tuæ humanitati dedicandum existimauerim, facilè, vt conijcio, ex nostra præfatione intelligere potuisti. & quanquam iam tum apud me satis erat constitutum, nullum post hac eius generis librum, quantumlibet doctum & eruditè conscriptum cuiusquam patrocinio commendare, quippe qui essem expertus, multos nominis mei studiosos iniquo animo tulisse, me (à quo aliquid potius in remedica indies expectabant, quod illorum de studijs meis opinioni responderet) in id tempus insumere, quod nec hanc ætatem deceret, nec dignitati iam nostræ conueniret: cogebar tamen, Pater spectatissime, iure optimo hanc animi mei sententiam, tum ob publicum studiosorum commodum, tum etiam ob rei ipsius honestatẽ, mutare, nec in proposito susceptoq́ consilio diutius permanere. Illa enim duo cum sint, quæ frugi hominem & probum ad omnem vitæ actionem dirigere debeant, & quibus de omnibus, quæ fiunt, ratio probabilis ostendi atq́ exponi possit. vbi me duplici illa ratione ad id officij genus adductum ostendero, amicis, vt arbitror, faciam satis, nec improborum hominum iudicia incurram. Cùm enim qui literarum studijs fauent, & carũ studiosis prodesse cupiũt, nihil prætermittere debeant, quod è re ipsorum esse intelligant, etiamsi à grauioribus studijs aliquantulùm ferientur: non video, cur officium in Antonij Dictionario expoliendo, augendo, & locupletando, vitio dari cuiquam debeat, in præstantiore disciplina quamlibet versato. Hic siquidem liber in tanto precio, ac existimatione, postquàm semel in lucẽ editus est, apud Hispanos est habitus, vt docti ad vnum omnes ei nõ deteriorem locum in suis bibliothecis dederint.

 Quotus

Quotus enim quisque doctorum apud eos est, qui, nisi sit omnium ingratissimus, ijs Antonij vigilijs non multùm se fateatur adiutũ, & à graui quasi sopore excitatum? Quis non videt post editum hoc Antonij opus, apud nationes alias doctos homines authorem hunc vehementer sequutos, Dictionaria Latinogallica, & Latinogermanica accuratè etiam scripsisse? nec vnquam laborem hunc sponte subijssent, nisi & authoris nostri consilium multùm probassent, & literis literatisque omnibus vberem fructum messuros se intellexissent. Verùm cùm abhinc annos septem tuis auspicijs Dictionarium hoc in publicum iret, dolui non potuisse me næuos aliquot, qui iam impressi atq; etiam inusti esse videbantur, delere: nec itẽ voces multas, quæ adijci possent, quòd ad literam O. liber iam typis esset excusus, addere. Namq; eam libri partem voculæ nonnullæ, candorem latium minus referentes, fœdauerant, & Arabica plurima, leuem fortassis aliquem vsum Barbaris medicis adferentia, veluti in alienum fundum ac possessionem irruperant. Cumq; non minùs inhonestum esset, latinis admiscere barbara, quàm sacris prophana, mundis impura, ac demum optimis pessima: Arabicis vocibus tanquàm iniustè sedem possidentibus, in Libycas arenas ablegatis, Latiæ & legitimæ quo iuuenibus abundè satisfieret, in noua hac editione vt prior illa iactura magno cum fœnore resarciretur, suffectæ sunt. Atq; ex hoc, Hispanolatinum quãplurima mutuatum, cum esset alioqui mutilum, & inchoatum, perfectum & omnibus numeris absolutum, summa cum diligentia instauratum est. Hæc quàm sint cumulatè præstita, facilè intelligent, qui vel conniuentibus oculis (absit modò fucus & liuor) librum ipsum semel percurrerint: adductæ siquidem sunt innumeræ propemodum voces, quæ in alia editione desiderabantur, multarum quoque (quæ tamen scriptæ priùs erant) alij significatus, quàm qui ab Antonio cõmemorati sunt, ex latinis ijsq; probatissimis scriptoribus ἐμφατικώτερον explicantur. Quarum nonnullæ etiamsi à nostro vsu recesserant, eoque nomine minùs à rigidis & duris censoribus probari videbuntur: meminerint velim, eleganter & verè illud scriptum esse:

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentq;,
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

Ego

Ego etenim ita cum doctis semper sensi, nouorum optima esse, quæ maximè vetera sunt: & veterum, quæ noua: modò latina lingua locupletior fiat, & cum cæteris ausit de vbertate, & copia suo iure contendere. Nec sola latiarum vocum est ingens facta accessio, sed earum, quæ passim excusæ in alijs omnibus circumferebãtur, diligentissima animaduersio, & castigatio. Quibus præterea dicendi quædam formulæ Hispanis ipsis frequentes, & vsitatæ, suis locis digestæ interseruntur, quò mutua linguarum facta collatione, propiùs & elegantiùs multa pronuncientur, quàm vulgò dici, ac proferri solent. Hæc omnia quantùm sint, & quàm insignem vsum studiosis allatura, futurum spero, legentes multò perspicatiùs & fructuosiùs suo cõmodo discant, quàm oratione mea consequi possint. Nam præter Hispanos, quibus hic liber potissimum est elaboratus, exteras gentes, siue ipsius linguæ peritiam spectent, siue authorum cognitionem, qui præclara multa Hispano sermone scripserũt, strenuè iuuabit. Cum igitur, Rector optime, te priori editioni ob singularem eruditionem, insignem probitatem, amplissimam dignitatem, Patronum adoptauerim, tuaq́ existimatione ac nomine multùm ponderis & authoritatis apud lectores habuerit, adeò vt omnia illi faustè, fœliciter, prosperéq́ euenerint, æquum est, si officio tuo minimè deesse velis, vt certè deesse nolles, emendatissimam hanc, multò auctissimam, ac vtilitatis vbertate omnes, quæ ad hanc diem prodiere superantem, maiore animi alacritate tuearis. Consentaneum siquidem est, postquàm etiam nunc Conibricensem Academiam, nobile disciplinarum emporium, gubernas, & moderaris, eorum labores tuo sinu excipias, foueas, probes, & amplexêris, qui secũ quotidie certant, quò se ipsis facti meliores, Reipublicæ literariæ incrementum adferant. Sic enim tuum officium retinebis, perficiesq́, vt ne minùs studia tibi, quàm tu studijs, debeant: & eorum animos excitabis, qui nihil non sustinent, quò disciplinarum cultum suis sudoribus illustrent, vt remis & velis contendant, maiora dare. χάρις ἅπερ (quod in olympicis scribit Lyricus) ἅπαντα τεύχει τὰ μείλιχα θνατοῖς.

Vale, tui Ludouici haud immemor.

Pharisijs ex musæo nostro.

AD MAGNIFICENTISSIMVM AC PERINDE ILLVSTREM D. IOANNEM Stunicam, magistrum militiæ Dalcantara, ordinis Cisterciensis, Ælij Antonij Nebrissensis Grāmatici præfatio in interpretationem dictionum ex Sermone Latino in Hispanum Hispaniensemque.



Trum mihi fuerit honestius, atq; magis è republica, in illo clarissimo Hispaniæ, ac perinde totius orbis terrarum Salmanticensi gymnasio, artem grammaticam profiteri: an amplissimæ dignationis tuæ contubernio, ac iucūdissima familiaritate frui, multi quotidie à me quærunt, id quod ego soleo mecum sæpe cogitare. Nam fuit (quod sine arrogātia dictum esse velim) professio illa mea vsq; eo illustris, vt etiam maleuolorum testimonio & inimicorū confessione, totum hoc mihi tribuatur, quòd latini sermonis officinā primus aperui: ausus quod ait Horatianus ille Catius, nouis præceptis signa ponere. Et quod ex vniuersa propemodū Hispania Alexandros, Petros, Helias, & duriora adhuc nomina Galteros, Ebrardos, Pastranas, & nescio quos indignos qui nominentur grāmatistas ac literatores funditus eradicaui. Quodq; si apud nationis nostræ homines Romanæ linguæ quicquam est, id totum mihi acceptum referri debet. Est profecto hæc laboris nostri merces ita magna, vt in hoc literarū genere nulla maior excogitari posit: sed tota illa nostræ professionis industria, perangustis finibus circumscripta erat. Nam cum in enarrandis authoribus, omnia prope tempora mea consumerem quiuis quotidie aut senis honoris in re difficillima, nec minus fastidiosa occupatus, fateor non fuisse totum negotium illud tanti, vt in ea re, quæ videbatur ad paucorum vtilitatem pertinere, tam bonas horas collocarem: cum fortasse maioribus auspicijs, atq; ad opera multò maiora natus essem, & quæ nostris hominibus multò conducibiliora forent. Quid? quod habenda fuit ratio valetudinis & ingenij, cuius vtriusq; vires sentiebam indies hebetari, atque illud mihi vsu euenire, quod de lucerna est in prouerbio, dum cætera illustrat, ipsam pati intertrimentum. Itaque cum essem à te, Princeps illustrissime, multis præclarisq; beneficijs inuitatus, vt tuorum numero asscribi vellem, ilicò arripui occasionem: & eò quidem libentius, quod nihil iamdiu magis cupiebam, quàm dari aliquando mihi otium, in quo possem aliquid scribere, quod non modo præsentibus, verumetiam posteris prodesset. Non quo non satis pulchrè intelligerem, quàm frequens debeat esse is qui vitam hāc aulicā sectatur, atq; principi suo placere studet, vt quod fieri cōmodè posit, nullum tempus intermittatur quo non illi astet, palpetur, blandiatur, arrideat, condoleat, deducat, reducat. Sed quod videbam te ea magnitudine animi, vt hæc omnia paruifaceres: & ea humanitate, vt nihil esset (modo honestum) quod nō mihi per te licere posse confiderem. Igitur cum primum tuus esse cœpi, magnam ilicò spē immortalitatis mihi ante oculos proposui: aggressusque sum opus, quod putabam esse maximum, omniumque maximè necessarium: sed cui non modo ego, verumetiam omnes omnium disci-

per æ vel œ diphthongon, vel sine diphthongo, per simplicem aut duplicem consonã tem, per ch.ph.rh.th.aspiratas: aut per c.p.r.t.exiles.

Itaq; si orthographiæ ratio lectori non satis constat, neque cessabit ab inquisitione, quoad omnes locos fuerit perscrutatus. Inter i iota & y psilon, etsi tanta distantia est, quanta potest esse maxima inter duas vocales, inter i. præterea & u. cum accipiuntur pro vocalibus, & cum pro consonantibus scribuntur, tanta sit differẽtia, vt inter duas quaslibet literas maior esse non posit, nos tamen vtrarũq; ordinem confudimus. Pro sodiam quoq; ex eiusdem Quintiliani sententia in hunc modũ designauimus, vt cum litera alium vel alium intellectum, prout producta vel correpta est, facit, ambiguitatẽ illam apice distinguamus. Vt quia malus prima producta significat arborem, apicem eidem imponamus, ne putetur significare non bonum. Occido præterea quia media longa significat interficio: eadem breui, cado siue pereo, tanta errandi occasio tolletur apice primæ aut secundæ syllabæ imposito. Idem quoq; fecimus in dictionibus illis, quę peruerse ab imperitis efferuntur, aut habent accentum paulò recõditiorem. Nam in omnibus id facere est quidem ineptisimum, cum virtus & ars, quemadmodum ait Aristoteles, circa difficile versentur. Nemo enim ignorat, quo accentu dominus effera tur, quare id extra rationem artis erit. Sed quoniam indocti proferunt Sinapis, Aratrũ Iacobus, Isidorus, & alia multa secunda syllaba à fine breui, atq; eandem accentu graui, & econtrariò Bysinus, Adamãtinus, Origenes, Hermogenes penultima acuta, hic omnis labor, hoc opus artis est, tantam ignorantiam ex hominum mentibus extirpare. Quia verò posset quispiam ambigere, quo accentu dictiones incognitæ plęrisq; proferantur, apice omnis ambiguitas illa tolletur. Etymologiæ ratio, quam Cicero veriloquium interpretatur, quanquam latisimè patet, eius vim pręcipuam ostẽdimus, cum dictionis cuiusq; intellectum referamus, quod alij fecerunt partim obscurius, partim negligentius. Nam vocabulorum originem, quoniam in hoc opere spacijs iniquis excludimur, in aliud opus differre libuit: tantum adiectus est nomini genitiuus, & primæ positioni verborum, secunda persona singularis in fatendi modo, vt significaremus quotæ declinationis illa essent: hæc verò quotæ coniugationis: quæ res significationem plęrunq; mutat. In alijs verò, quę partes orationis essent, in compendium scripsimus.

FINIS.

AD SPLENDIDISSIMVM

EQVESTRIS ATQVE SENATORII ORDINIS VIRVM, Michaëlem Almazanum, à libellis, ab aure, à secretis Ferdinandi Tarraconeñ. & vtriusq; Siciliæ, atque Insularum maris nostri regis clarissimi, atq; proinde totius orbis Hispani moderatoris, Ælij Antonij Nebriss. Regij historiographi præfatio in secundam editionem Lexici sui incipitur fœliciter.



S T apud Græcos adagium frequens, Latinis acceptum, Hispanis vsurpatum, impudenter eos agere, qui eandem filiam duobus simul generis locant: in eos dictum, qui ex vna opera duplices exigunt mercedes. Quod verè potest in me dici, qui lexica mea Ioanni à Stunica ex Cistercienfis ordinis magistro S. R. E. Cardinali atque Archiepiscopo Hispalensi dedicata semel, nunc Dignationis tuæ nomine, quasi rem nouam emittimus in vulgum legendam. Possem ego iocans purgare me ab hac ambitionis suspicione: licere mihi per leges diuinas & humanas, quod licet patri in demortui generi locum, alterum filiæ prospicere. Sed nō est meum vetera pro nouis vendere, neque eandem rem duobus dominis adiudicare. Nam cum abhinc annos circiter viginti illa duo lexica cotidiano prope conuitio Præsulis mei præcipitanter edidissem, fateor non potuisse me tantam verborum syluam colligere, quanta à me expectabatur. Erant præterea res aliæ complures quæ maiorem exigebant diligentiam, quàm à nobis pro temporis angustia præstari potuerit. In hoc verò opere quod tibi nunc dicamus, adiecta sunt plura quàm decem mille vocabula, & ex superiori editione plusquam sexcentæ dictiones in verum idioma Hispanum conuersæ, cum fuissent antea confusæ, aut perperam interpretatæ, omnia in meliorem ordinem redegimus. Et ne opus esset in quærendis rerum dictionibus multas paginas euoluere, seiūximus nomina propria locorum à communibus, atque verbis & alijs partibus orationis. Est&q; nobis in animo subcisiuis quibusdam horis addere adhuc vocabularia duo, alterum de dictionibus Hebraicis, quæ reperiuntur in sacris literis, expressa literatura tantum & accentu & re quam designat. Alterum de dictionibus Barbaris, quæ cum sint externa, putantur ab omnibus esse Latina aut Græca, puta Sigalum pro Tipha: Bladum, pro frumento: Tregua, pro Inducijs. Cumque res latina constet materia & forma, materiaque sit in nominibus & verbis, cæterisque partibus orationis, forma quoque ex harum partiū compositione: vtrumque munus est à nobis absolutum. Nam quod ad grammaticam pertinet, quid alij sentiant habes testimonium ab ijs, quos iam inde ex Italia consuluisti, quæ esset ars aliarum potissima per quam liberos tuos erudiendos curaris. Quod ad Dictionarium, vnde verborum copia depromeretur, omnes cotidie experiuntur quantum vtilitatis ex eius lectione proueniat, ijs præsertim qui sermoni latino incipiunt dare operam, quorum in numero præclaræ indolis pueri sunt tui. Eorum igitur vsui mitto hunc codicem, nam te maiorem scio, quàm vt huc descensurum putem, & ne in scribundis prologis, vt ille ait, operam abutamur Vale.

AELII ANTONII NEBRISSENSIS ELEGIA DE PATRIÆ antiquitate, ac parentibus.



EST locus Hesperiæ, qua Bæthis arundine cinctus.
In læuam campos influit, atque tenet.
Dixerat hunc Aestus fluuio stagnante vetustas,
At vero Albinam secula nostra vocant.
Hic varium genus & volucrum maris, atq; paludis
Excludit fœtus, incubituq; fouet.
Haud procul hinc colitur muro Nebrissa vetusto,
Quam Bacchus posuit littus ad Oceani.
Nanq; ferunt Semele genitum Gangetide victa,
Inuasisse feros Hesperiæ populos.
Et socio amisso, à quo Lusitania nomen.
Duxerat: in Calpes littora vertit iter.
Dum vehitur curru per inhospita Tesqua Marismæ:
Quæ sequitur Tigris, deficit, atq; sitit:
Et curuus pando residens Silenus asello,
Et variæ Lynces, Mænades, & Satyri.
Ventum erat ad speculam, quæ Fontinalia dicunt
Indigenæ, Diuus nunc Benedictus habet.
Ad strepitum lymphæ Nebris prior arrigit aures.
Et cauda ludens, præuia monstrat iter.
In gelidos latices, & amœnam frondibus vmbram,
Et fontes sacros, arida turba ruit.
Cumq; refecta cohors vndis salientibus esset,
Captus amore loci dicitur esse Pater.
Consilioq; habito, Satyris dixisse vocatis,
Atq; Mimalloneis, cætera turba silet.
Accipite ô comites, lætasq; aduertite mentes,
Hic mihi collis erit relligione sacer.
Nec tam Nysa mihi, natusq; ad sacra Citheron
Gratus erit, quantum à Nebride dictus ager.

Nec qui plus Baccho, qui se plus iactet oliuo,
Et Cereris flauæ messibus, atq; fauis.
Quare agite ô Satyri, nocturna reposcite sacra:
Et vos Bassarides hunc celebrate locum.
Iam Tarthessiacas Titan descendit in vndas,
Et fessos curuo littore soluit equos.
Inuadunt Thyrsos, resonant vlulatibus agri,
Et te Bacche vocant, & tua sacra canunt.
Insomnesq; trahunt bacchantes Orgia: donec
Cedere Luciferum cogeret orta dies.
Est propè monticulus surgens clementer in austros,
Parte tamen reliqua præcipitante latus.
Hic promissa pater fundauit mœnia Bacchus,
Nebrissamq; vocat, Nebridis auspicio.
Quæ cum polleret Roderico rege, furores
Diruerant Libyci, nunc renouata viget.
Hic domus, hæc patria est, hic me genuere parentes
Ingenui, & media conditione pares.
Nam mihi Ioannes pater est, Catharinaq; mater:
Debemus patriæ: plus tamen illa mihi.
Illa mihi dedit hunc vitæ mortalis honorem,
Sed studijs nostris illa perennis erit.

FINIS.



Litera vocalis prima in ordine alphabeti.g.alpha.

A.duobus pũctis interposita designat Aulus prænomen.

A,particula græca est, interpretaturque sine.

✤A,quãdoq; priuationẽ significat vt Amylũ,hoc est,sine mola.

✤A præpositio, separationem significat.

✤A,motum de loco significat,vt à cœlo in terram.

✤A,significat post, vt apud Perf.O Iane à tergo.

✤A,quandoq; significat de,vt Terent.à villa mercenarium vidi.

✤A,pro eo quod pro,vel propter dicitur, vt Væ mundo à scandalis.

✤A,significat & pro, & vim defensionis habet apud authores.

✤A,ab,& absq; præpositiones sunt deseruiẽtes abltô.

✤A,in cõpositione plerũq; separat,vt amoueo, auello.

✤A,signũ erat Absolutionis,sicut.C. Condemnatiõis

A,primis incunabilis.i.à primis infantilibus annis.

A,vel ab,plerunq; nomina officiorum significat, Vt:

Ab accidentibus.i.qui præest nuncijs afferendis.

A batis,i. qui præest mensuris frumentarijs.i.batis.

A caliculis,i.qui præest vasis. *Por el repostero de plata.*

A commentarijs. *El que tiene el registro delos presos.*

A libellis. *Aquel por quiẽ el Rey responde a las peticiones.*

A memoria. *Por el que le recuerda lo que ha de hazer.*

A manu. *Por el que escriue lo que el principe quiere.*

A pedibus. *Por el moço despuelas o que lo descalça,*

A pugione. *Por el paje que lleua el estoque delante el rey.*

A punctis. *Por el que tiene cargo delos aqueductos.*

A rationibus. *El que tiene cargo delas cuentas del rey.*

A secreto, vel a secretis. *Por el secretario del principe.*

A studijs. *El que tiene cargo del estudio del principe.*

A voluptatibus. *El que tiene cargo delos plazeres del rey.*

Ab aure.i.cum quo princeps ad aurem loquitur.

Ab epistolis. *Por el que lleua a firmar las cartas al rey.*

Ab extis. *El que por las assaduras dezia lo venidero.*

Aages, eos, per s in fine, interpretatur infrangibilis.

A aptos,u.interpretatur intangibilis,& innocuus.

A alcheros,u.interpretatur irretẽtibilis,quod retinere non potest.

Ab incompositis, nonnunquam significat priuationem,vt Absimilis non simile.

✤Ab & Abs præpositiones,separationem significant.

✤Ab aliquando mutatur in au , euphoniæ causa, vt de abfero,aufero.

✤Ab in compositis motum de loco denotat, vt Ab æthere summo.

✤Ab & au,in comp.aliquando separationem significãt vt Ablacto,aufugio.

✤Ab interdum ponitur pro extra, vt Abduco.i. inde seu extraduco.

✤Ab aliquando pro contra vsum.

✤Ab pro post, vt Ab vrbe c...

✤Ab etiam superflue pouitur...

✤Ab asino lanam petere , prouer... petitur quòd non est.

✤Ab ipso lare.i. ab ipsis domesticis & familiaribus, prouerb.dicitur.

Abascanos,u.interp.inuidia vacuus.

Abaphos,u,interpretatur non tinctus colore.

Abactor,oris. *El ladron del ganado.* qui abigeus dicitur

Abactio,onis. *Aquella obra de hurtar.* qui abigeatus,us

Abactus magistratus dicitur,pro eo quod abdicatus.

Abacus,i. *Por el aparador dela plata o vasos.*

Abacus,i. *Por la tabla para esferuir o contar.*

Abacus pro capitello vel epistylo columnarum.

Abaculus,i.diminutiuum ab eo quod est abacus,i.

Abaculus,i. *Por el escaque o trebejo del axedrez.*

Abalieno,as,aui. *Por agenar de si alguna cosa.*

Abalienatio,onis. *Por aquella obra de agenar de si.*

Abamita,æ. *Por la hermana de mi quarta abuela.*

Abases,dicuntur regiones in desertis habitatæ.

✤Abata.g.Latinè inuia: & quæ accessum non habent.

Abatos , interpretatur locus inaccessibilis homini.

Abauus,i. *Por mi quarto abuelo.i.abuelo de abuelo.*

Abauia. *Por mi quarta abuela.i.abuela de abuela.*

Abauunculus,i. *Por el hermano de la quarta abuela.*

Abax, acos, Græcè. Latinè interpretatur abacus,i.

✤Abbatia,æ.pro abbatis dignitate dicitur à iunioribus

Abbas,atis.ex lingua Syrisca interpretatur pater.

✤Abbatissa,æ.apud Hieronymum. *Por la Abbadessa.*

Abbreuio,as,aui. *Por abreuiar lo luengo.*

Abbreuiatio,onis. *Por aquella obra de abreuiar.*

Abcaueo,es,abcaui,abcautum. *Por guardarse de mal.*

Abdico,as,aui.pen.cor. *Por desheredar el hijo en la vida*

Abdicatio,onis. *Aquella obra de desheredar en vida.*

Abdico, as,aui.pen.pro.pro abnego, as. *Por denegar.*

Abdicatiuus,a,um,pro eo quod est negatiuus,a,um.

✤Abdico,is,xi.penu.prod.pro reijcio dicitur,verbum augurale.

✤Abditamentum.i.pro eo quod deductio siue detractio dicitur.

✤Abditamentum,nanq; contrarium est additamento.

Abdo,is,abdidi,abditũ,pro eo quod abscõdo, is,di.

Abditiuus inquit Festus,pro eo quòd est abortiuus, a,um.

Abdomen,inis. *La vntaza o enxundia delos puercos.*

Abdomen,vt Plin.ait, antiquiores pro summe accipiebant.

Abdomẽ,minis. *La ijada delos peces gruessos como de atũ*

Abduco,is,xi,ctum. *Por lleuar de alguno.*

Abductio,onis. *Por aquella obra de lleuar de alguno.*

‡ Abecedaria tabula. *La cartilla.*

✤Abecedarius,dicitur qui per ordinem alphabeti aliquid ordinat.

Abecedarium,Latinè dicitur,Græcè alphabetum.

Abebæos,u.interpretatur instabilis inconstansq;.

Abellina,nux eadem quæ abellana. *Por auellana.*

Abelna,enim nux ab Abellino, oppido Campaniæ dicitur.

...interpretatur stoliditas, siue insipiẽtia.
...s, interpretatur stolidus siue ignarus.
...,is, emi, emptum. *Por comprar de alguno.*
...mito, as. inquit Festus pro demere siue auferre.
Abemptio, onis. *Por aquella obra de comprar de alguno.*
Abeo, is, iui, vel abij. *Por yr de algun lugar, o persona.*
Aberceo, es, abercui, abercitum. *Por arredar o apartar*
Aberro, as, aui. *Por desuiarse de algun lugar o persona.*
Aberratio, onis. *Por aquella obra de apartarse assi.*
Aberrũco, as. verbũ antiquũ ex ab & e, pro eradico.
Aberrũcasso, is. pro eo quod est aberrũco, as. dicitur
Aberruncatio, onis. *Por aquella obra de arrancar.*
Abfore, futurum infinitiui ab absum, pro futurũ esse
Abgrego, as, aui. à grege subduco. *Apartar como de manada.*
Abgregatio, nis. *Aquella obra de apartar assi.*
✤Abhinc, vna dictio cum accusatiuo, pro antehac dr.
✤Abhinc decem annos dicitur, pro ante decem annos.
Abhorreo ab humanitate, pro eo quod alienus sum.
Abhorreo à literis, pro eo quod alienus sum à literis
✤Abhorreo, & cũ actõ & ablatõ iũgitur apud autores.
✤Abhorreo, quando accusatiuo iungitur fere significat quod suum simplex. (reo.
✤Abhorresco, es. valde timeo. *Auer mucho miedo, o espãtarse.*
Abiectus, cta, ctum. participium, ab abijcio, is, abieci.
Abiectio, onis. *Por aquella obra de abatir, o echar de si.*
✤Abiecti, enim dicũtur viles atq; contempti, ab abijcio, is, eci.
✤Abiecto, as, frequentatiuũ est, quasi frequẽter abijcere.
Abies, etis. *Por el abeto arbol*, qui græce dicitur Elâte
Abiegnus, a, um. *Por cosa de materia de aquel arbol.*
Abietarius, ij. *Por el carpintero de aquella madera.*
Abietaria negocia. *La mercaduria de aquella madera.*
Abies palma. *Por el genero de palma que crece en alto.*
Abies, etis. *Por vna Planta que nace enlas piedras.*
Abigeus, à iurecõsultis dicitur idẽ qui abactor, oris.
Abigeatus, crimen dicitur idem quod abactio, onis.
Abigo, gis, abegi, abactum. *Por apartar, o oxear.*
Abijcio, is, eci. a se longe reijcere. *Abatir o echar de si.*
Abintegrò aduerbium. *Por de nueuo o desde comienço.*
Abintegrò. i. denuò. quasi res aliqua perfecta iterum inchoetur.
Abintestatò, dicitur aduerbialiter. *Por sin testamento.*
Abios, u, interpretatur non curans de vita.
Abiotos, u. per, ω. in penultima interp. non victurus.
Abyssos, u. interpretatur sine profunditate.
Abitio, onis. vel Abitus, us. *Por la ida de algun lugar.*
Abiudico, as, aui. *Quitar alguna cosa por sentencia.*
Abiudicatio, onis. *La obra de quitar assi alguna cosa.*
Abiugo, as, aui. *Por apartar o desuñir vno de otro.*
Abiugatio, nis. *Aquella obra de apartar vno de otro.*
Abiungo, is, abiunxi, abiunctum. *Por aquello mesmo.*
Abiunctio, onis. *Aquella obra de apartar vno de otro.*
Abiuro as, aui. *Por negar alguna cosa con juramento.*
Abiuratio, onis. *Por aquella obra de negar jurando.*
Ablabia, as, per ei. in penul. interpre. incolumitas, lumitatis.
Ablabes, æos. interpretatur incolumis, incolume.

Abl... *...uer Por desletar.*
Ablactio... *...aquella obra de desletar.*
Ablaque... *...or escauar o alimpiar los arboles*
Ablaquea... *Por aquella obra de e... var.*
Ablatiuus, Lat... rũ casus sextus, ab auferẽdo d
✤Ablatiuus singularis, quartæ declinationis pro ... uo sæpe reperitur.
✤Ablatiuus, pro genitiuo. Verg. Illa ferax oleo est
Ablego, as, aui. *Embiar en embaxada de algun lugar*
Ablegatio, nis. *Por aquella obra de embiar embaxa...*
✤Ablego, quoq; pro eo quod mitto, mittis dicitur
Ablepsia, as. interp. cęcitas. *La ceguedad, o incõside...*
Ableuo, as. pro subleuo, as. *Por leuantar de lugar.*
Abligurio, is, iui. *Por gastar la hazienda en golosina...*
Abliguritio, onis. *Por aquel gasto en golosinas.*
Abloco, as, aui. *Por quitar & apartar de lugar.*
Ablocatio, nis. *Por aquella obra de apartar de lugar*
✤Abloco, as, aui. pro eo qđ procul loco. *Alquilar ...*
Abluo, is, lui, utum. pro eo quod est lauo, as.
Ablutio, onis. *Por aquella obra de lauar.*
Abmatertera, æ. *Por la hermana de quarta abuela*
Abnego as, aui. *Por negar echando sobre si maldicio...*
Abnegatio, nis. *Por aquella obra de negar assi.*
✤Abnegare, etiam dicitur, id negare quod maxime fitendum est.
Abnepos, otis. *Por el quarto nieto, o nieto de nieto.*
Abneptis, is. *Por la quarta nieta, o nieta del nieto.*
Abnormis, e. siue enormis, e. *Por cosa fuera de re...*
Abnormitas, tis. siue enormitas, atis. *Aquella ir...ridad.*
Abnuto, as, aui. frequẽtatiuũ ab eo qđ est abnu...
Abnutio, is. siue Abnutus, us. *Por aquella obra de*
Abnutiuus, dixit iurisc. pro eo quod est negati...
✤Abnuẽtia, æ. prò eo quod est abnutio, siue Ab... dicitur.
Aboleo, es, lui, vel eui, etum, vel itũ. *Por raer, o ...*
Abolesco, is lui. *Por desacostumbrarse.* Absolutu...
Abolefacio, is. *Por raer, o desacostumbrar.* Actiuu...
Abola, æ. *Vestidura enforrada y pomposa de nobles.*
Abomasum. *El quarto vientre delos animales que*
Abominor, aris. *Por detestar, maldezir, y mal agor...*
Abomino, as. antiqui dicebant pro eo quod est abominor, aris.
Abominatus, a, ũ. ab eo quod est abominor, as.
Abominatus, apud Christianos idem quod exc... nicatus, vel sacris interdictus. *Descomulgado.*
Abominabilis, pro eo quod est execrabilis & d... bilis.
Abominatio, nis. *Aquella obra de abominar ...*
Abordior, iris, orsus. *Por de comienço mal o ...ir.*
Aborsus, us. pro fœtus effluxione. Græce ... dicta.
✤Aborsus, dicitur qui est primis mensibus & in ... dio conceptus.
✤Abortus vero, cum tempus pariendi prope est.
Abortiuũ quoq; dicitur quod abortũ facere pe...
Abortor, iris. *Por nacer la criatura sin tiempo.*
Abortio, is, iui. *Por mal parir la muger y sin tiempo*
Abortio, nis. siue Abortiuũ, ij. *Aquella obra de mal p...*

Abortus siue abortiuus,a,um. *La criatura mal parida.*
Aborto,as,aui.frequent.ab abortio.is. *Por mal parir.*
Abpatruus,ui. *Por el hermano de mi quarto abuelo.*
Abra,as.interp.ancilla siue mulier domũ frequentãs
Abrado,is,rasum. *Por raer de alguna cosa.*
✥Abradere.n.(aut. Donato)est p vim aliquid auferre
Ab re dicimus,p eo quod est præter rẽ & sine causã.
Abrenuncio,as,aui.pro eo quod est renuere siue abominari.
Abripio,is,pui,reptum. *Por arrebatar de alguna cosa.*
Abrobios,ii.siue Abrodiętos,u.interp.mollis & delicatus.
Abrochia,as.interp.siccitas,atis.
Abros,est mollis,siue delicatus,siue gloriosus.
Abrotes,etos.interp. molliciæ siue deliciæ.
Abrogo,as,aui. *Por quitar la ley que esta enel vso.*
Abrogatio,nis. *Por aquella obra de quitar la tal ley.*
Abrogare magistratum. *Renunciar la dignidad o oficio.*
Abrogare,simpliciter p eo qđ est tollere vel detrahere
Abrotonum siue Abrotonus, *Por la yerua lombriguera*
✥Abrotonium oleum, *Por azeyte desta mesma yerua.*
✥Abrotonites vinum,ex abrotono herba conditum.
Abrumpo,is,abrupi. *Por quitar alguna cosa rompiendo.*
Abruptio,onis. *Por aquella obra de quitar rompiendo.*
Abruptus,a,um. *Por lugar puesto en despeñadero.*
Abs,prępositio significat retractionẽ,vt inqt Festus
Abscedo,is,abscessi,abscessum. *Por partir de lugar.*
Abscedo,is,abscessi,i. pus ad summũ corpus erũpere
✥Abscessus,us. *Por ayuntamiento de humor corrupto.*
✥Abscessus eñ latine dicitur.g. Apostema.hisp. *Bober.*
Abscessio,nis,siue Abscessus,us. *La partida de lugar.*
Abscido,is,abscidi,abscissum. *Cortar de alguna cosa.*
Abscissio,onis.ab abscido,is. *Por aqlla obra de cortar*
Abscondo,is,di,sum.vel,itum. *Por esconder.*
Absconsio,onis.siue Absconditus,us. *Aquel esconder.*
Absens,tis.participiũ ab absum,es. *Por cosa ausente.*
Absentia,ę. *Por aquella obra de estar ausente.*
Absentio,tis,sensi,sensum. *Discordar en sentencia.*
Absentio,onis. *Por aquella discordia en la sentencia.*
Absilio,is,absilui,sultum. *Por saltar de lugar.*
Absultus,us. *Por aquella obra de saltar de lugar.*
Absimilo,as.siue Absimulo,as. *Dessemejar* Actiuum.
Absimulatio,onis. *Por aquella obra de dessemejar.*
Absimilis,e. *Por cosa dessemejante de otra cosa.*
Absimilitudo,inis. *Por aquella dessemejança de cosas.*
Absinthium,ij.herba nota,Hispani vocant, *Encensios*
✥Absinthium marinũ siue Seriphium,à loco dictũ est
✥Absinthius,a,um.pro amarus,a,um.accipitur.
✥Absinthiã nanq; terram,pro amarã dixit Lucretius.
Absinthites vinum. *Por vino adobado con encensios.*
Absis,idos.interpretatur fornix,siue arc' curuatura.
Absis ab astrologis dicitur circuli pars altior a cẽtro.
Absisto,is,stiti. *Por alexarse de algun lugar.*
Absoleo,es,vł Absolesco,is. *Desacostũbrarse.* Absolu.
Absolefacio,is,absolefeci. *Por desacostumbrar a otro.*
Absoluo,is,absolui,utum. *Por desatar lo atado.*
Absolutio onis. *Por aquella obra de desatar lo atado.*
Absoluo,is,absolui. *Por acabar alguna obra.*
Absolutio,onis. *Aquella obra de acabar alguna cosa.*
✥Absolutorius,a,um. pro eo quod est res quæ absoluere potest.
Absolutoria tabella. *Para absoluer en juizio al reo.*
Absono,as,sonui.pro eo quod dissono siue discordo
Absonus,a,um,pro male sonans siue discordans.
✥Absonum enim, quasi sine sono interp. Nonius.
Absonantia,æ, *Por aquella dissonancia,o discordia.*
Absorbeo,es,bui.vel absorpsi, ptum. *Por sorver.*
✥Absorbere molestiam,prouerbium, pro dissimulanter perferre.
Absq; præpositio ablatiuo deseruiens, pro eo quod sine.
Abstemius,ij.ab absq, & temeto.i. vino. *El aguado.*
✥Abstenti,à diuo Cypriano dicuntur excõmunicati.
Abstergeo,es.siue Abstergo,is,abstersi. *Por alimpiar.*
Abstersiua medicamenta.i.mundificatiua.g.Smectica
Abstersio,onis. *Por aquella obra de alimpiar.*
Absterreo,es,absterrui. *Por espanter de algun lugar.*
Abstineo,es,nui. *Por se refrenar de tomar lo ageno.*
Abstinentia,æ. *Por aquel refrenamiento delo ageno.*
Absto,as,abstiti,itũ,vel atũ. *Estar lexos de alguna cosa.*
Abstollo,is,abstuli,ablatum. *Por tomar de lugar.*
Abstraho,is,abstraxi,ctum. *Por tomar por fuerça.*
Abstractio,nis. *Aquella obra de tomar por fuerça.*
Abstrudo,is,strusi,strusum. *Por encerrar por fuerça.*
Abstrusio,onis. *Aquella obra de encerrar por fuerça.*
Abstuli præteritum,ab eo quod est aufero aufers.
Absum,abes,abfui. *Por estar absente de lugar alguno.*
Absumo,is,absumpsi. *Por gastar en mala parte.*
Absumptio,onis. *Por aquella obra de mal gastar.*
Absurdus,a,um. *Por cosa digna de no ser oyda.*
Absurditas,atis. *Por aquella indignidad de tal cosa.*
Abulia,as.interpretatur temeritas:consilio aduersa.
Abundo,as,aui. *Por abundar y ser copioso.*
Abundus,a,um. *Por cosa abundante,rica,y copiosa.*
Abunde & Abundanter aduerbia. *Por copiosamente.*
Abundantia,æ. *Aquella obra de abundar y ser copioso.*
Abuolo,as,aui. *Por bolar de algun lugar.*
Abutor,eris,abusus. *Por vsar mal de alguna cosa.*
Abuto is,antiqui dicebant pro eo q̃ est abutor,eris.
Abusus,a,um. passiue ab eo quod est abuto,is.
Abusio,onis.siue Abusus,us. *Por la obra de mal vsar.*
✥Abusio enim græce catachrisis dicitur.
✥Abusq;,pro eo quod est vsq; ab, vel vsq; ad dicitur.
✥Abusq;,id est, vsq; ad. *Por hasta.* (*Dende.*

A ANTE C.

Ac,coniunctio copulatiua pro &,atq;,q;, & similia.
Ac,aliquando pro quàm,vt,Nunquã æquè ac modò
✥Acacia,frutex est spinosus, Aegypto familiaris.
✥Acalis,idis.fructus est Aegypti fruticis cuiusdam.
Acacia,æ,interpretatur innocentia & simplicitas.
Acacia,æ. *Por la medicina delos brunos silvestres.*
✥Acacia,quoq; gummi sudans ex eodem frutice.
Acacia altera,ex Cappadocia & Ponto regionibus.
Acæros,pen,æ.diph. interp.importunus,a,um.
Acæria,as.interp.importunitas,atis.
Acalephe,es.pen.in pen. interp. vrtica:herba nota.
Fossa Clodia, opp. Venetiæ in littore maris Adriatici. Vulgo *Chioja,*
Fossę Marianę, vrbs Galliæ Narbonensis. Ptol. Vulgo *Aguas muertas.*
Fossę Papyrianæ, Tuscorum ciuitas. Ptol. Hodie *Fossel nuouo.*

F ANTE R.

Francia, regio & Franci nomina sunt noua.
Francones, Germaniæ populi inter Hassiã & Sueuiã
Fraterculus, Verris consors in furtis. Cic. in Verrem
Frauertium, opp. Hirpinorum in Italia. lib. 3.
Fragellæ, vetus Italiæ vrbs olim florẽtissima. Vulgo *Ponte Corno.*
Fregellani populi sunt à Fregellis. Plin. lib. 3.
Fregellanus, a, um. vt Fregellana vitis Columel.
Fregellæ, quondã dicebantur quod nunc Gessoriacũ Flo. Vulgo *Cales.*
Fregellanus, proditoris nomen. Cic. lib. 5. de finib.
Fregena, ciuitas Italiæ, vnde Fregenates. Plin. Vulgo *Pali.*
Fregenates, populi sunt Campaniæ, à Tyberi ad Sarnum. Caton. in Frag. Orig.
Frentani, Italici populi, Daunis & Picentibus vicini.
Frento, flu. Italiæ, vnde Frentaua regio. Plin.
Frisiabones, populi sunt in Gallia Belgica. *Los de Vuaterlant en Holanda.*
Frisiabonum insulæ, iuxta Batauorum insulas. Plin.
Frisij, populi sunt Germaniæ, protinus vltra Rhenũ Oceano oppositi, Pto. eorũ regio Frisia. Vul. *Frisa*
Frondesia, insula est Solino.
Fronto, philosophiæ, simul & dicendi pręceptor. M. Antonini principis. Capitol.
Frotonis, alterius sub Nerone meminere Taci. Mar.
Frurius, fluuius est Galliæ Belgicæ.
Frusino, ciuitas est Latinorum mediterranea. Pt. Vulgo *Frasolone.*
Frusinates, populi à Frusinone dicti.
Frutinal, dictum est templum Veneris frutæ. Fest.

F ANTE V.

Fuginus, magnus lacus Marsorum in Italia. Plin. Vulgo *Lago Fucino.*
Fufidius oratoris nomẽ cuius meminit. Cic. in Bruto
Fulco, Andegauensium princeps, quintus rex Hierosolymorum. Volater.
Fugali, populi Samnitũ in Italia. Pli. lib. 3. cap. 12.
Fulginates, populi sunt Vmbriæ in Italia. Plin. lib. 3.
Fulginiũ, in Vmbria ponitur. Ca. in Originibus. Vulgo *Fuligno.* Appiano Alexandrino dicitur Fulciniũ & Sillio Fulginia.
Fulfinates, à Fulfino oppido Curictæ insulæ iuxta Liburniam. Plin. lib. 4. cap. 21.
Fuluius Flaccus, censo tectum marmoreum Iunonis Lacinię spoliauit Liuio. lib. 42.
Fuluiaster, imitans Fuluium, Cic. ad Atticum.
Fundi, orum. oppidum Latij quod interijt, Plin. Vulgo *Fondi.*
Fundanus lacus, est prope Fundos. Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo *Lago de Fondi.*
Furgisatis, ciuitas est Germaniæ. Ptol.
Furiæ, deæ furoris sunt dictæ, Alecto, Tisyphone, Megæra,

Furiæ,

‡ Furiæ, etiam tres animi affectus significant, qui homines in omnia facinora præcipites agunt, ira, cupiditas, libido.
‡ Furiæ in terris, Diræ in cœlo, Eumenides apud inferos.
✥ Furnalia, sacra Furniæ, quam deam dicebant. Fest.
✥ Fufidius, fœneratoris nomen apud Horat.
‡ Fufius, oratoris nomen. Cic. lib. 2. de Orat.

De INCIPIENTIBVS A Litera G.

Gaba, ciuitas est Galilææ. Steph. & Ioseph.
Gabala, ciuitas est Decapolitanę regionis in Syria. Hodie *Gibel*. (Ptol.
Gabala, ciuitas est Phœniciæ mediterranea.
Gabala, quædam regio est Arabiæ. Strab. lib. 16.
Gabale, ciuitas est Mediæ. Ptol.
Gabadama, regio est campestris Cappadociæ. Strab.
Gabæ ciuitas est Persidis regionis. Ptol.
Gabales, populi Galliæ Aquitanicæ. Plin. li. 4. ca. 19.
✥ Gabalum, opp. Aruernorum in Gallia Aquitanica.
✥ Gabalus, Ro. Imperator, qui se solē dici voluit, ideo que Heliogabalus dictus. Seru.
Gabanodurum, opp. est Norici. Ptol.
✥ Gabaon, olim metropolis & regalis ciuitas Euehorū
✥ Gabaonitæ, populi sunt Gabaon inhabitantes.
Gabathe, ciuitas est Galileæ. Steph.
Gabaupolis, ciuitas est Galileæ. Steph.
Gabellus, flu. Italiæ in Padum desinens. Plin.
Gabena, ciuitas est Mediæ mediterranea. Ptol.
Gabeni, populi sunt Syriæ cœles. Plin. lib. 5. cap. 23.
Gabi, orum. populi sunt Indiæ. Strab.
Gabiana, regio est Elymæorum iuxta Susianam. Str.
‡ Gabienus, fortissimus classium Cæs. à Sexto Pompeio captus. Plin.
Gabij, orum. vrbs Volscorū fuit. 70. milib. passuum ab vrbe distans. Solin.
Gabij, à Galacto & Bio fratribus Siculis conditæ.
Gabini, dicti sunt populi Gabijs habitantes.
✥ Gabinius, Rom. qui Ptolemæū in regnū reduxit. Ci.
✥ Gabinus, ciuis Ro. propter Christianam fidem in carcere fame extinctus. Volater.
Gabiuus, mons est. Diod. lib. 4.
Gabra, ciuitas est Persidis regionis. Ptol.
Gabrantonicorum salutaris, non portuosus, sinus est in Britannia. Ptol.
Gabreta, sylua est Germaniæ. Ptol. & Strab. lib. 7.
Gabriæ castra, locus Arabiæ iuxta Pelusium.
✥ Gabriel, Latinè fortitudo dei dicitur.
Gabris, duæ ciuitates sunt in Media. Ptol.
Gadara, siue Gadaris, ciuitas est Syriæ curuæ. Steph.
Gadaræi, an Gradaræi, gens est Persidis. Steph.
Gadda, regio est Arabiæ. Steph.
Gaderes, ciuitas Syriæ non longè ab Ascalone.
Gades, insulæ duæ & ciuitas in eis adiacens Bæticæ, quæ & Gadira. Vulgo *Caliz*, vel *Cadiz*.
Gades, Græcè Gadeis, & quod eo Argonautæ peruenerunt. Diod. lib. 5.
Gaditani, populi Gadium incolæ. *Los de Calez*.
Gaditanum fretum. Vulgo *El estreacho de Gibraltar*.
✥ Gadira, locus iuxta Hispaniā extremā in quo Hercules columnas ab incolis sumptas infixit. Calep.
✥ Gaditanorum mœnia, delubra, agros, Hercules itinerum & laborum suorum terminū esse voluit. Cic.
Gadilon, ciuitas est iuxta Halym fluuiū. Strab. lib. 12
Gadilonerica, regio dicta à Gadilone vrbe. Strab.
Gadini, pop. sunt Britanniæ insulæ. Ptol.
Gadir, iris. siue Gadira, ciuitas opulenta in Gadibus. Vulgo *Caliz*.
Gadirtha, ciuitas est Arabiæ desertæ. Ptol.
Gęa, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Gæa, insula est quoq; adiacens Africę. Ptol.
✥ Gæon, à Iosepho dicitur esse Nilus fluuius.
Gæsa, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Gætulia, regio est Africæ, iuxta Garamantas.
Gætuli, gens est Libiæ. Steph.
Gerulus, a, um. res ad Gętuliam regionem pertinens.
Gætulicus, qui Gætuliam deuicit. Iuuenal. Salue Gætulice.
Gætuli, accolæ Syrtium. Flor. lib. 4. cap. 12.
Gagates, insula est Oceani septentrionalis Dionysio
Gage, ciuitas est Lyciæ regionis. Plin. lib. 5. cap. 27.
Gagis, flu. est Lyciæ, in quo Gages lapis inuenitur.
✥ Galaad, mons est, à quo ciuitas in eo condita sortita vocabulum.
Galabrij, populi Dardaniorū ad septentrionē. Strab.
‡ Galactophagi, Scytbiæ Asiaticæ populi.
Galactopotæ, dicuntur populi, quibus lac victū præbet. Colum. lib. 13.
Galada, regio est Arabiæ. Steph.
Galadræ, ciuitas est Macedoniæ in Pieria. Steph.
‡ Galadrus, mons quidam à Galadro Emathij filio. Stephan.
✥ Galanthis, Alcmenæ ancilla fuit, quæ Iunonem mira astutia elusit. Ouid.
Galapha, ciuitas est Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.
Galarina, ciuitas est Siciliæ. Steph.
Galata, insula inter Siciliam & Africam, non procul à Melita. Pomp. lib. 2.
Galathani, populi sunt Siciliæ insulæ. Plin. lib. 3.
✥ Galatea, nympha filia Nerei & Doridos. Ouid.
Galatia, regio est latè patens in Asia minori.
Galatia, à Galate Herculis filio dicta est. Diod.
✥ Galatia, olim à Gallis Gallogræcia dicta. Plin.
Galaticus Pontus, qui adiacet Cappadociæ. Ptol.
Galatæ, populi sunt Galatiæ regionis.
✥ Galaxera, nympha marina à lactis candore sic dicta.
✥ Galba Sergius, vir consularis temporum suorum eloquentissimus. Cic. in Bruto.
✥ Galba. 30. Lusitanorum milibus perfidia trucidatis Viriatini belli causa extitit. Val. Max.
✥ Galenus, nomen medici excellentiss. è Pergamo Asię vrbe, temporibus Marci & Commodi Imp.
✥ Galenus, floruit Traiani temporibus & Antonini pij
✥ Galenus etiam hoc nomine Imperator dictus est.
Galeotæ, vates vel gens quædam Siciliæ. Steph.
Galepsos, ciuitas est Thraciæ & Pæonum. Steph.
✥ Galesus, fluuius est Calabriæ prope Tarentum. Verg.
✥ Galesus, cuiusdam Itali nomen. Verg. lib. 7. Aeneid.

Galilæa, regio est Iudææ Palestinæ. Ptol.
Galilæi, dicuntur incolæ Galilææ regionis.
Galindæ, populi sunt Sarmatiæ Europææ. Ptol.
Gallaici, siue Galleci, populi Hispaniæ notissimi.
✠Gallecia, citerioris Hispaniç regio est. Plin. lib. 4. ca. 20. Vulgo *Galizia*.
Galeia, in Tyberino siue Cyminio itinere est ab vrbe in Gallias. Antonin.
Gallera, in Tyberino siue Cyminio itinere est ab vrbe in Gallias. Antonin.
Gallesion, ciuitas Ephesi. Steph.
Galleti, populi sunt Galliæ Lugdunensis. Plin.
✠Galli, sacerdotes fuerunt Cybeles in Phrygia. Luca.
✠Gallia, Europæ pars à candore populi dicta. Steph.
Gallia Togata, est quæ Cisalpina. Plinio. Vulgo *Romaña*.
Gallia Comata, Belgicam Celticam, & Aquitanicam habet. Plin. lib. 4. cap. 17.
Gallia Braccata, eadem est quæ Narbonensis. Plin.
Gallia Celtica, eadem est quæ Lugdunensis. Pli. li. 4
Gallia Narbonensis, eadem est quæ prouincia Narbonensis. *Oy Delphinato Lenguadoca y Prouença.*
Gallia Cisalpina, eadem est quæ Gallia Togata. Pli.
Gallia Lugdunensis, cuius metropolis est Lugdunũ.
Gallia Aquitanica, est q̃ mõtes Pyrenæos tãgit. Str.
Gallia Belgica, est quæ inter Scaldim & Sequanam fluuium. Plin.
Gallia Transalpina, eadem est quæ Celtogallia.
Gallia Cispadana, oli Bianora à victore Ocno dicta.
Gallia Cispadana, postea Felsina dicta vsq; ad Rauẽ.
Gallia Cispadana, Gallia Aurelia & Aemylia à Romanis ducibus nomen habet. Cat. in Orig.
Gallia Aurelia & Aemylia lege Gallia Cispadana ex Cat.
Galli, populi Lusitaniæ iuxta Pacem Augustam.
Galli, populi sunt in Gallatia.
Gallica, ciuitas est Ponti. Ptol.
✠Gallicanus, a, um. idem quod Gallicus, vt Gallicanæ res Cic.
Galliani saltus in octaua Italiæ regione. Plin.
✠Gallicus, a, um. quod ex Gallia est, vt arua Gallica.
Gallicus ager, dicitur qui est prope Ariminum. Plin.
✠Gallinaria, insula est in mari Tusco, à gallinis rusticis appellata. Varr. lib. 3. de re Rust.
Gallinaria sylua, nõ lõge à Roma Cumis vicina. Str.
Gallipolis, ciuitas est Salentiorum in Italia. Plin.
✠Gallius, a, um. adiectiuum sicut Gallicus & Gallicanus. Salust.
Gallograeci, gens est mixta & adultera sicut ipsum nomen indicat.
Gallogręci, ijdẽ sunt q̃ Galatę, quorũ regio Galatia.
Gallogræci, in Europa ponuntur à Xenop. sed qui aut vbi sunt?
Gallogræci, Gallorum reliquiæ sunt, quę in media Asia fuerunt.
Gallogræci, Græciam vastantes, mox orientem duce Brenno persecuti sunt.
Gallogræcia, prouincia Asiæ minoris quæ Galatia dicta est.

✠Gallonius, vir sumptuosus, omnia ad voluptatem referens. Cic.
✠Gallumbri, populi qui nunc Romandioli dicuntur.
Gallus, flu. est Phrygiæ, vnde dicti supra Galli.
Gamabrini, sunt Germaniæ populi. Stra. lib. 7.
Gamala, ciuitas est Syriæ Palestinæ siue Iudææ.
Gambrion, ciuitas est Ioniæ. Steph.
Gambua, ciui. est Phrygiæ magnę. Ptol. nõ Gamausa
Gamphasantes, populi sunt Aethiopiæ. Pompon.
Gandamus, op. in sinu Arabico. Pompon. lib. 3.
Gandaræ, populi sunt Indiæ ad Indum fluuium.
Gandari, populi sunt interioris Asiæ. Pom. lib. 1.
Gandri, gens est Parthorum. Steph.
Gangama, locus vnde pisces effodiuntur. Strab. li. 7.
Gangania, insula Germaniæ est. Solin.
Ganganorum, promont. est in Britannia. Ptol. Vulgo *Caerdigan*.
Gangara, ciuitas est Albaniæ. Ptol.
Gangaris, regio Indorum, vnde Gangaridæ populi.
Ganges, Indiæ fluuius maximus, Indiam in partes secans.
✠Gangis, minima latitudo per. 8. millia pass. maxima per. 20. patet.
✠Ganges, vbi vadosissimus est mensuram. 100. pedum implet.
✠Ganges, flu. dictus à Gange Aethiopum rege. Suid.
✠Ganges, vrbs est Indiæ regia. Stra. lib. 15.
✠Gangeticus, a, ũ, vt aues Gangeticæ. Colum. lib. 9.
Gangra, ciuitas est Paphlagoniæ. Stra. lib. 12.
Gannodurum, ciuitas Heluetiorum ad Rhenum. Pt. Vulgo *Constancia*.
✠Ganyctor, nomen est viri proprium Tortellio.
✠Ganymedes, Trois filius, à Ioue in cœlum translatus Aquarius dicitur. Virg.
Ganzanitis, siue Gauzanitis regio est Mesopotamiæ.
Gaphara, vicus est Marmaricæ regionis Aegypti. Pt.
Gapachi, populi sunt Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.
Garamæi, populi sunt Assyriæ. Ptol.
Garamanta, ciuitas Libyæ vbi habitant Garamantes.
‡Garamantes, rex cuius filiam Iupiter apud Bragadam cõpressit, & ex ea genuit Hiarbam. Vir. li. 4. Aen.
Garamantes, populi sunt Libyæ interioris Psyllis finitimi. Steph.
Garamantica vallis, est in Libya interiori. Ptol.
Garapha, portus est iuxta Syrtim minorem. Pto.
Graphi, montes sunt Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Garbata, mons est Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.
Garesthyra, opp. est Cappadociæ. Stra. li. 12.
Garesci, populi Macedoniæ. Pli. li. 4. cap. 10.
Garganus, mons celebris Apulorum Dauniorum, Hodie *Monte de Sant Angelo*.
Gargaphiæ, fons est Bœotiæ regionis. Pli. li. 4. ca. 7.
Gargara, orũ. siue Gargarus, ri. cacumen est montis.
‡Gargarata, vrbs Troadis, quam Leleges incolebant. Steph.
Gargarenses, populi fuerunt prope Amazones.
✠Gargarus, opp. magna frugum copia abundans, in radicibus Idæ montis. Ouid.
✠Gargarus, lacus est Phrygię, iuxta Idam montẽ. Ste.

Gargetum,oppidum in Peloponneso.Strab.
Gargettis,ciuitas & populus Aegeidos tribus.Ste.
✣Gargittius,canis cuiusdam nomen,qui Geryonis boues custodiebat Iulio Polluci.lib.5.Onom.
✣Gargus,vnus ex collibus Tauri montis.
Garienus,fluuius est Britanniæ.Ptol.
Garindæi,populi sunt in Arabia.Strab.
Garites,populi sunt Galliæ Aquitanicæ Cæsari.
Garnaca,ciuitas est Armeniæ minoris.Ptol.
Garnæ,opp.est iuxta Garganum.Plin.libro tertio capite decimo tertio.
Garocelli,populi sunt Alpini Cæsari in cōmentarijs
Garrha,ciuitas est Mauritaniæ Cęsariensis.Ptol.
Garsaura,opp.in finibus Cappadociæ situm. Strab. libro.14.
Garsauria,præfectura est Cappadociæ.Ptol.
Garuma,flu.Galliæ ex Pyrenæo monte delapsus. Celtas ab Aquitania separat.Vulgo *Garona.*
Garumni ,populi Galliæ Aquitanicæ Cęsari.
Gasmara,ciuitas est Mauritaniæ Cæsariensis . Ptol.
Gasorus,ciuitas est Odomanticæ regionis in Macedonia.Ptol.& Steph.
Gastronia,per.ω.regio est Macedoniæ,Steph.
Gatheæ,ciuitas est Arcadiæ.Steph.
Gaua,ciuitas Arabiæ desertæ iuxta Mesopotamiam,
Gauara,ciuitas est Arabiæ desertæ.Ptol.
Grandara,vicus Macedoniæ.Steph.
Gaugamela,ciuitas est Assyriæ.Ptol.
Gaugamela,locus est Persidis.Steph.
Gaugdæ,populi sunt Thraciæ.Pli.lib.4.cap.11.
Gaugena,ciuitas est Cappadociæ.Ptol.
✣Gauleō,ora Libyæ obiacens , in qua serpēs neq; nascitur neque inuectus viuit.Solin.
Gaulos,insula inter Siciliam & Africam.Plin.lib.3.
Gaulos,insula iuxta Carthaginem ponit .Steph.
Gaumellum,opp,est Insubrum in Italia.Ptol.Vulgo *Laumello.*
Gauna,ciuitas est Mediæ.Ptol.
Gaurus,mons est Campaniæ in Italia,non procul ab Auerno monte.Stat.lib.3.Sylu.
✣Gauranum vinum , quod in summo Gauri montis gignitur.
Gaurus,mons est Aethiopiæ sub Aegypto.Ptol.
Gausaphna,ciuitas est Numidiæ nouę in Africa.Pt.
Gauzania,ciuitas est Mediæ.Ptol.
Gauzanitis,regio est mesopotamiæ, quę supra Gauzanitis.
Gaza,ciuitas celebris in Syria Palæstina.Pomp.
Gazaca,ciuitas est Mediæ Steph.
Gazalina , ciui.est Pōti Polemoniaci in Cappadocia
Gazæorum portus,in Syria Palæstina.Ptol.
Gazena,ciuitas est Phrygiæ magnæ.Ptol.
‡ Gazetę,populi Galatiæ aurum gerentes.Steph.
Gazeus,a,um.& Gazeticus,a,um. res ad Gazam vr bem pertinens.
Gazilotus age,iuxta Megalópolim.Stra.lib.12.
Gazorus,ciuitas Iudeæ ab oriente Iordanis.Ptol.
‡ Gazorus,vrbs Macedoniæ.Steph.
Gazos,ciuitas est Indiæ longè maxima.Steph.

G ANTE E.

Gea,ciuitas est Arabiæ Petręæ.Steph.
Gebal,tertia pars est Palestinę.Steph.
Gebalæca,ciuitas est Hispaniæ.Ptol.
✣Gebalena,regio in finibus Eleutheropoleos.
Gebbanitæ , populi sunt maris rubri accolæ in Arabia deserta.
Gebedunum,oppidum est Hispaniæ. (*Geneua.*
Gebenna,Galliæ opp.ditionis Allobrogum . Vulgo
‡ Gebeonitæ,populi iuxta Hierosolymā.Steph.
✣Gebuseus , filius Canaan , à quo Gebusæi dicti qui Hierusalem inhabitauerunt.
✣Gedanum Germaniæ vrbs in Vistulæ fluminis ostio Vulgo *Danzwick.*
✣Gedeō,iudex in Israël,qui occidit Oreb,Zeb,Zebee & Salmana.
Gedne,opp.est Numidiæ nouę in Africa.Ptol.
Gedrosia,regio orientalis Asiæ maioris,Ptol.
✣Gedrosia,hodie Tarse regnum dicitur Sabellic.
Gedrosia,regio:& Gedrosij,gens Indiæ.Steph.
Gedrosia,à Diodo.lib.6. Cadrosia dicitur.
✣Geenna,erat idolum Baal iuxta Hierusalem ad radicem montis Mora.Hieronym.
✣Gehon,flu.qui è Paradiso terrestri labitur.Ioseph.
Gela,fluuij nomen est in Sicilia insula.Suid.
Gela,ciuitas Siciliæ.Plutarch.in Timoleone.Vulgo *Cherza.*
Gelæ,arum.inter Albanos & Alazonas.Strab.lib.9.
Gelani,populi Siciliæ stipendiarij. Plin.lib.3.
Gelanus,ciuitas,est Libyæ interioris.Pto.
✣Gelboë,montes alienigenarū in.6.lapide àSintopoli
Gelda,ciuitas est Albaniæ.Ptol.
Geli,populi sunt Mediæ.Ptol.
Gella,ciuitas est Vaccæorū in Hispania. Ptol.
✣Gellius,viri propriū,cuius extant noctes Atticæ.
✣Geloi,campi,in Sicilia apud Gelam flu.Verg.
✣Gelon,viri proprium , qui Pyrrhum veneno necare aggressus est.Plutarch.in vita Pyrrhi.
✣Gelon,Siciliæ rex quem Dionysius γλωτα. i. risum esse dicebat Plutarch.in Dione.
‡ Gelou, Aetnæ & Hymari filius Steph.
Gelonon,ciuitas est Sarmatiæ Europæ.Steph.
Geloni,populi sunt Scythiæ Europę Agathyrsis proximi,qui Getæ. Pomp.lib.1.
Geloni,finitimi sunt Neuris & Agathyrsis.Herod.
Gelonium stagnum.Solin.cap.31.
Gelonus,vrbs est Budinorum.Herod.lib.4.
✣Gelos,Cariæ portus est Pomp.lib.1.
✣Geloum stagnum est Siciliæ, quod appropinquantes tetro odore abigit.Hinc Geloi campi.
Gemellenses,pop.Hispa. conuentus Carthaginensis
Gemellina Cæcilia,ciuitas quę sup. Cæcilia Gemellina.Vulgo *S.Maria de Guadalupe.*
Gemmaruris,ciuitas Idumeæ Palęstinæ.Ptol.
✣Gemoniæ scalæ dicebantur ad quas corpora damnatorum tracta præcipitabantur.Corn.Tacit.
Genabum,ciuitas Galliæ . Cæsari in bello Gallico, Forte *Orliens.*
Genea,vicus est Corinthi.Steph.

Gene-

Genesara, siue Genesareth, à qua dictus.
Genesarits lacus in Syria. Ptol. & Solin. cap. 48.
Genesareth lacus, dicitur quoq; mare Galilææ & Tyberiadis ab adiacente Galilææ prouincia.
Genese, vrbs Laconicæ. Steph.
Genetes, portus est & flu. Apollonidos tribus. Ste.
Geneteum, promont. à Genete fluuio vocatum.
Genethlius, Palęstinus fuit, expertus sophista. Suid.
Genesi, ciuitas est Laconiæ. Steph.
Geneua, Allobrogum opp. ad ostia Lemani lacus.
Genius, dicebatur à priscis deus naturæ, vel
Genius, qui omniũ rerum gignendarũ vim haberet.
Genoæi, gens est Molossiæ, a Genoo duce. Steph.
Genta, ciuitas est Indiæ extra Gangen. Steph.
Gentinos, ciuitas est Troados. Steph.
Gentius, rex qui Gentianam herbam inuenit.
Genua Vrbanorum, cognomine Vrso in Bætica. Pli.
Genua, Ligurum caput, & emptorium celeberrimum Pom. Vulgo *Genoua*.
Genua, dicta à genu, quia habet tanquam genu recuruum à latere maris, vel à
Genuo, Saturni filio, qui fertur eam eondidisse.
Genuanus, a, um. & Genuensis, e. adiectiua à Genua.
Genusini, populi Hirpinorũ in Italia. Pli. li. 3. ca. 12.
Genusus, flu. quem Dyrrhachio euntes in Thessaliã inueniunt. Luc. lib. 5.
Geoaris, insula ante Aetoliã. Pli. lib. 4. cap. 11.
Geolophes, vicus est Bœotiæ. Strab. lib. 9.
Georgi, Asiæ populi ab agricultura nomen sortiti.
Georgi, populi sunt Europæ. Solin. cap. 25.
Georgius, viri proprium. Interp. colonus.
Georgius Merula. Angelo Politiano. Philippo Beroaldo, reliquisq; ea tempestate doctis coæqualis.
Georgonyia, opp. in altissimo mõte in regione Auernorum. Sueton. in Cæsare.
Gephes, populi sunt Africæ propriæ. Ptol.
Gephyra, ciuitas est Seleucidis regionis Syriæ. Ptol.
Gephyra, ciuitas est Bœotiæ. Steph.
Gephyræi, populi sunt Bœotiæ. Herod. lib. 5.
Gephyra, ciuitas est Africæ. Strab.
Gephyrote, es. ciuitas est Libyæ. Steph.
Gepidæ, populi sunt septentrionales.
Geræa, ciuitas est Lusitaniæ. Ptol. Vulgo *Caceres*.
Geraneia, ciuitas est Phrygiæ. Steph.
Geraneia, ciuitas est Atticæ. Pli. lib. 4. cap. 7.
Gerania, opp. est Thraciæ. Plin, lib. 4. cap. 11.
Geranthe, ciuitas est Laconiæ. Steph.
Gerastus, filius Mygdonis, à cuius filiabus Parthenopolis in Macedonia dicta est. Steph.
Geraunus, locus est in Peloponneso. Stra. lib. 9.
Gerastum, vel Gerestum promont. est Eubœę. Plin.
Gerbo, vicus est Aethiopiæ Aegypti. Ptol.
Gerdiæ, montes Armeniæ maioris, an Gordiæ?
Gerei, populi sunt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Gereia, ciuitas est Indiæ. Steph.
Gerenassa, ciuitas est in Peloponneso.
Gerenia, per. n. in penultima, ciuitas est Messeniæ.
Gerenius, flu. est in Peloponneso. Strab.
Gerespa, ciuitas est Mediæ. Ptol.
Gerestos, promont. est Eubœæ. Solin. cap. 19.
Gergis, siue Gergithos, ciuitas est Aeolidis. Pli. lib. 5 vnde Apollo Gergithius.
Gerobia, ciuitas est Galliæ Cæs. in Bello Gallico.
Gerin, ciuitas est & vicus Lesbi. Steph.
Gerisa, opp. est Africæ inter Syrtes. Ptol.
Germa, colonia est in Paphlagonia. Ptol.
Germalia, vna ex. 4. portionibus regiæ quam Romulus ædificauit. Varr.
Germani Oretani, populi sunt Hispaniæ stipendiarij Pli. lib. 3. cap. 3.
Germania, Europæ regio quę Rheno & Danubio fluminibus continetur. Tacit. *Alemaña*.
Germania magna, quæ intra Rhenum Danubium & Vistulam flu. est.
Germania inferior, quæ trans Rhenũ Galliæ cõtigua
Germanicani, dicunt milites Romani in Germania militantes. Sueton. in Tiber.
Germanici, qui ex Germania sunt.
Germanici, dicti sunt quidam imperatores à deuictis Germanis.
Germani, dicuntur Germaniæ vtriusq; populi.
Germanicus, a, um, adiect. quod est ex Germania.
Germanica legio, ciuitas nobilis in Hispania. Vulgo, *Leon*.
Germanica, ciuitas est Syriæ Commagenæ. Ptol.
Germanicea, vrbs vel regiuncula Euphratesiæ. Step.
Germani, an Carmani, inter populos Persarum numerantur. Herod. lib. 1.
Germanæ, arum. populi sunt Indiæ. Strab.
Germanopolis, ciuitas est Paphlagoniæ in Galatia. Ptol.
Germora, gens est Celticæ. Steph.
Germe, ciuitas est Hellesponti. Steph.
Germiana, ciuitas est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Geron, ontis. flu. est Peloponnesi. Steph.
Gerontia, insula est vna è Cycladibus. Pli.
Gerra, ciuitas est Bataneæ regionis in Syria, Ptol.
Gerra, ciuitas est Geræorum in Arabia fœlici. Ptol.
Gerra, ciuitas est Syriæ iuxta Euphratem. Ptol.
Gerra, ciuitas est Lotophagitidis, insulæ Africæ adiacentis. Ptol.
Gerræ, oppidulum est quoddam prope Erythras. St.
Gerræi, populi sunt Arabiæ à Gerra vrbe.
Gerri, populi sunt Sarramatię Asiaticę. Ptol.
Gerroni, populi sunt incertę regionis. Callimachus.
Gerronorion, locus Aegypti prope Pelusium.
Gerrus, flu. in Scythia ponitur. Herod. lib. 4.
Gerrus, locus est quem abluit Borysthenes. Herod.
Gersunion, ciuitas est Italię. Steph.
Gerunda, ciuitas est Hispanię citerioris. Vulgo *Girona*.
Gerundenses, populi Hispanię à Gerunda.
Gerusa, ciuitas est Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol. Hodie. *S. Georgius*.
Geryon, rex Hispaniæ, quem poetę trimembrem fingunt, propter triplicatum regnum.
Geryoneus, a, um. & Geryonaceus, a, um. adiectiua.
Gesatæ, populi fueruut Senonibus finitimi.

Gesodanum, opp. est Norici. Ptol.
✣Gessem, lacus Aegypti in quo habitauit Iacob.
Gessoriacum, Morinorum nouale. Ptol. Vul. *Bolonia.*
Gessoriacum, prius Fregellæ dicebatur. Floro.
Gessorienses, dicuntur Gessoriaci habitatores.
Gessorienses, populi sunt Hispaniæ citerioris. Pli.
Gessus, flu. est Ioniæ regionis. Strab. Plin.
Getæ, pop. sunt Thraciæ, natura & moribus feroces.
✣Getæ, à Romanis Daui vel Daci vocati sunt.
✣Getarum, & Dauorum seruilia nomina in vsu maximè antiquis fuerunt.
✣Geticus, a, um. adiect. vt Humus Getica. Ouid.
✣Geth, Allophylorum ciuitas fuit quæ nunc dicitur. Zaph.
Gethone, insula est prope Thraciam Chersonesum.
Gethussa, ciuitas est Libyæ. Steph. (Plin.
Getia, regio est Getarum in Thracia. Steph.
Getulia, regio est Libyæ interioris.
Getuli, Africæ populi Getuliæ habitatores.
Geua, ciuitas est Libyæ interioris. Ptol.
Geuini, populi sunt Sarmatiæ Europææ. Ptol.

G ANTE I.

Gichthis, ciuitas Africæ ad Syrtim paruam. Ptol.
Gigarta, opp. est circa Libanum montem. Plin. lib. 5.
‡Gigantis, vetus nomen Arcadiæ. Steph.
Gigas, mons est Galatiæ. Ptol.
Gigemoros, mons est Thraciæ. Pli. lib. 4. cap. 11.
Gigia, ciuitas est Hispaniæ. Ptol.
Gigius, mons est Africæ propriè. Ptol. à quo nascitur Cinniphus fluuius.
Gigonos, ciuitas est Thraciæ. Steph.
Gigonus, vrbs est in regione Crossæa. Herod, lib. 7.
Gilda, ciuitas est Libyæ. Steph.
Gildano, oppidum est Mauritaniæ Pompo. libro. 3. cap. 31.
Giligambæ, gens est Libyæ. Steph.
✣Gillus, vir fuit Tarentinus de quo Herod. nonnulla
Gilo, ciuitas, à qua Gilonitæ viri in ea habitantes.
Gindanes, populi sunt Africæ. Herod. lib. 4.
Gindanes, gens est Libyæ. Steph.
Gindara, vicus est iuxta Antiochiam. Steph.
Gindareni, populi sunt eiusdem regionis.
Gindarus, ciuitas Seleucidis regionis Syriæ. Ptol.
Gingla, ciuitas est in finibus Comagenæ. Pli.
Ginglymote, ciuitas est Phœnices. Steph.
✣Gindes, fluuius qui per Dardanos fluens Tigrim ingreditur.
✣Gion, vel Geon fluuius qui apud Aegyptios Nilus dicitur. Ioseph.
Gir, flu. est Libyæ interioris. Ptol.
Gyra, ciuitas est metropolis Libyæ interioris. Ptol.
Girgiris, mons est Libyæ interioris. Ptol.
Girim, mons est prope Garamantas. Plin. lib. 5.
Girthone, ciuitas est Stymphaliæ in Macedonia.
Girthone, Hom. 2. Iliad. per γ. &, τ. exile & ω.
Girthonij, populi sunt Thessaliæ. Strab.
Gisira, opp. est Africæ sub Adrimitto. Ptol.
Gisma, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Gitta, siue Getta, opp. est Phœnices siue Palæstinæ.
Gitlui, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Gizama, ciuitas est Mesopotamiæ. Ptol.

G ANTE L.

Glandomirum, ciuitas est Hispaniæ. Ptol. Vulgo *Mondoñedo.*
✣Glaneus, vir natione Chius, primus ferri compactionem excogitasse dicitur.
Glanicus, flu. est Minturnarum qui & Lyris. Vulgo, *Garillano.*
Glanis, flu. est Thusciæ. Vulgo *Chiana.*
Glanum, opp. est Saliorum in Narbonēsi. Gallia. Pt. Vulgo *Gap.*
Glaphyræ, ciuitas est Thessaliæ. Hom.
Glauci, populus est Lyciæ. Steph.
Glaucia, ciuitatula est Ioniæ. Steph.
Glaucon, vicus est Libycæ nomidis in Aegypto.
Glauconnesus, insula in mari Myrtoo. Plin. lib. 4.
‡Glaucopis, dicta est Pallas quæ Latinis cœlia.
Glaucopium, locus Athenis de quo non constat. Str.
Glaucum, promont. est Marmaricæ Aegypti. Ptol.
Glaucus, sinus, cognominatus à Glauco fluuio.
✣Glaucus, Hippologi filius, Bellerophōtis nepos. Ho.
✣Glaucus, Antenoris fil. ab Agamenone interfectus.
✣Glaucus, Sisyphi filius, ab equabus suis dilaceratus. Ser.
✣Glaucus alius, inter ministros Vulcani commemoratur. Herod.
✣Glaucus alius Lemnius statuarius. Steph. (nit.
✣Glaucus quidam, primus ferri consolidaturam inue-
‡Glaucus Carystius, pugil ex Eubœa. Plin.
Glessaria, insula est Oceani septentrionalis. Vulgo *Sudan.*
Glites, gens est Iberiæ. Steph.
Glinditiones, populi sunt Liburniæ. Pli. lib. 3.
Glissas, antis. ciuitas est Bœotiæ. Steph.
✣Glycerium, mulier apud Terentium.
✣Glycon, vir apud Horatium robustissimus.
✣Glycon, medicus Pansæ apud Romanos. Suet.

G ANTE N.

Gnis, gens est Rhodi insulæ. Steph.
✣Gneus, pronomen viri.
Gnidus, siue Cnidus ciuitas est Cariæ. Strab. li. 14. Vulgo *Cabo Crio.*
✣Gnidus, ciuitas Lyciæ in qua templū Veneris Gnidiæ
✣Gnidius, a, um. adiect. vt Gnidia Venus. Cic.
Gnopia, ciuitas est Bœotiæ. Strab.
Gnosus, siue Cnosus, siue Gnossus, opp. est Cretæ. Vulgo *Candia.*
Gnosiac', a, um. Gnosius, a, um. Gnosus, a, ū. adiect.

G ANTE O.

‡Goarene, regio Arabiæ prope Damascum. Steph.
Goaria, ciuitas est Palmyrenæ regionis in Syria. Pto.
Gobæum, promont. Galliæ Lugdunensis. Ptol.
✣Gobrias, vir Persa, vnus ex his qui cum Dario coniurarunt.
Godasa, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Goezata, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Gogarena, regio est Armeniæ. Strab. lib. 12.
Gogarena, regio est Colchorum. Steph.

Gol-

Golgœ.Plin.Steph.Golgi,opp.est Cypri insulæ.
Gomodæorum,insulæ duæ in sinu Barbarico.
Gomolitæ,gens est Idumeæ.Steph.
Gomorra,ciuitas est Assyriæ.Pto.
Gomphi,orum.opp.est Thessaliæ.Strab.& Steph.
Gondræ,gens est Thraciæ.Steph.
Goneis,per ei.dipht.ciuitas est Thraciæ.Steph.
Gongale,populi sunt Libyæ interioris.Pto.
Goniatæ,populi sunt Aegypti.Ptol.
Gonni,ciuitas est Perrhæbiæ.Steph.
Gonnus,ciuitas est Pelasgiotarum Macedoniæ.Ptol.
Gonoëssa,ciuitas est Peloponnesi.Hom.
Gonos,ciuitas est Thraciæ.Pli.lib.4.cap.11.
Gonos,ciuitas est Cariæ regionis.
Gonos,vel Gonnus,opp.est Thessaliæ.Herod.lib.7.
Gontiana,ciuitas est Mauritaniæ Tingitanæ.Ptol.
Gonusa,ciuitas est Perrhæbiæ.Steph.
‡ Gorama,regio Arabum Scenitarum. Incolæ Gorameni.
Gorda,ciuitates duæ in Arabia fœlici.Ptol.
✣ Gordiani. Cæsares tres fuerũt,pater,filius, & nepos. Volat.
Gordicium,opp.est Mesopotamiæ.
Gordene,regio est Armeniæ maioris.Ptol.
Gordieium,ciuitas est Phrygiæ magnæ.Steph.
Gordieius,mons in quo Noe cum familia euasit in arca.Beroso.li.1.Antiquit.
Gordini,orum.populi sunt Galliæ Cisalpinæ.
Gordinia,ciuitas est mediterranea Macedoniæ.Ptol.
Gorditanum,promont.est Sardiniæ insulæ. Ptol.
✣ Gordius,rex fuit Phrygiæ, à quo prouerbium Gordianus nodus.Eras.
Gordyæa,regio est Persidis.Steph.
Gordynia,ciuitas est Macedoniæ.Steph.
✣ Gorgias Leontinus,Siculus, Empedoclis discipulus
Gorgippia,ciuitas est Indiç.Steph.
Gorgiptia,regio est & ciuitas iuxta Pontum.Strab.
Gorgodylena,ciuitas est Armeniæ.Stra.lib.11.
Gorgones,insulæ sunt Oceani Atlantici, iuxta promont.Hesperionceras.Solin. cap.70.
✣ Gorgones,dictæ sunt Phorci filiæ ex marino mõstro
✣ Gorgones,tres sorores fuere Medusa, Sthenio, Euryale.
✣ Gorgo,siue Gorgon,dicta est Medusa apud poëtas ex Gorgonibus tantum celebris.
✣ Gorgoneus,a,um.adiect. vt anguis Gorgoneus.Oui.
✣ Gorgophora,dicta est Pallas,quasi Gorgonem ferens
✣ Gorgonius,viri proprium malè olentis.Horat.
Gorgus,flu.est Assyriæ.Ptol.
Gorgyia,locus est in Samo insula.Steph.
✣ Gorgytion,vir Troianus Priami & Castianiræ filius.
Gormanum,op.est in Iazigibus populis.Ptol.
Gortyn,siue Gertyna, siue Gortys,ciuitas est Creteę
Gortyna ciuitas eadem quæ plærisq; Cortyna.
Gortyna alia,ciuitas est in Arcadia.
Gortynius,a,um.adiect. res ad Gortynam pertinens
Gorthuni,pop. sunt vt videtur ex Gothis & Hunis.
✣ Gothi,immanes Scythiæ populi qui Italiam deinde Hispaniam inuaserunt.Volat.

✣ Gothia,regio Europę contermina Daciç & Noruegiæ,nunc Suecia & Ruscia.Vulgo *Gotlandia.*
✣ Gothicus,a,um.adiect.aliquis ex Gothia.

G ANTE R.

Grabei,populi fuerunt Liburniæ.Pli.lib.3.cap.22.
Gracuris,ciuitas est Hispaniç,quę prius Ilurcis.Fest.
Gracuritani,populi sunt Hispaniæ.Pli.lib.3.cap.3.
✣ Gracchus,Gracchorũ ex Cornelia Africani sorore pa.
✣ Gracch⁹,Gracchorũ opp.in Hispania cõstruxit.Liu.
✣ Gradiuus, Mars dicitur cum sæuit, cum tranquillus Quirinus,vel
✣ Gradiuus,à gradiendo:quia gradatim & per ordines in bellum itur. Alijs
Gradiuus,non Grecum,sed Thrax vocabulum,id est, fortis & bellicosus.Seru.
Græa,ciuitas est Erethriæ.Steph.
Græa, oppidum est Bœotiç ex illis quç venerunt ad Troiam.Hom.
Græa,ciuitas est in Peloponneso.
‡ Grææ,tres fuerunt sorores,Phorci filię:quarum ope Perseus ad Gorgonas peruenit.Eras.
Greç Alpes,inter Rhetiam & Italiam.Vulgo *El pequeño de monte de S.Bernardo.*
Græas gony.i.anus genu,promont.est Libycæ nomidis in Aegypto.
Græcia,regio Europæ oĩb⁹ nota,Græcis Hellas dicta
Græcia magna,regio Italiæ coutra Epirum.Cic.
✣ Græcorũ tria sunt genera Aeoli,Dorides,Iones, Ci.
Græci,sunt incolæ Græciæ qui Hellenes dicti.
✣ Græcanicus,a,um.adiect.vt Græcanicus color.
Grçciensis,& hoc Grçciense,vt mare Grçciẽse,quod Græciam alluit Gellio.lib.19.cap.10.
Græcostasis,quasi Græcorũ statio, locus Romæ vbi legati nationum ad Senatum missi subsistebant.
✣ Græculus,a,um.dimin.vt Assentator Græculus. Ci.
✣ Graiugena,Græcus dicitur,aut qui à Græcis originẽ duxit.
✣ Graius,a,um.i.Græcus. Quint.lib.8.cap.4.
Grammion,ciuitas est Cretæ.Steph.
Graniacum,promont.est Corsicæ insulæ.Ptol.
Granicus,flu.est Troadis. Pli.lib.5.cap.20.
Granucomatæ,tetrarchiæ duæ sunt Syriç cœles.Pli.
Grastillos,ciuitas est Macedoniç.Steph.
Grastonia,opp.est Macedoniç.Pli.lib.4.cap.10.
Gratiarum collis, nemoribus frequeus est in Africa, vnde Cynipho flu.effluit.Herod.lib.4.
✣ Gratię tres sunt,Aglaia,Thalia,& Euphrosyne.
✣ Gratidia,mulier,Neapolitana vnguẽtaria,ac venefica
Graugię,insulę duę in sinu Argolico.Pli.li.4.ca.12.
Grauij,populi sunt Hispaniç citerioris.Pli.lib.4.
Grauionariũ,opp.est Germaniç.Pto. Vulgo *Bãberg.*
Grauiscę,ciuitas est Tuscorũ.Ptol. Vulgo *Monte Alto*
Grenicus,flu.est Asię proprię.Pto.
Gresinos,ciuitas est Chersonnesi.Steph.
Græstonia,regio est Thraciç prope Macedoniã.Ste.
Groneia,ciuitas est Phocidis.Steph.
Gronij, populi Hispaniç ad Durium flu. qui supra Grauij.Pompo.lib.3.
Grudij, populi sunt Galliç Belgicç Cęsari. in com.

Gruij, populi Hispaniæ qui supra Grauij & Gronij.
Grumentini, populi sunt Lucanorum in Italia, Plin.
Grumentum, opp. propè Thurinos & Lagariam.
Gryliosolius, flu. est Aeolidis regionis. Plin. lib. 5.
✣Gryllus, Xenophontis filius, qui pro patria fortiter pugnans occubuit. Arist.
Gryneum, opp. Myreneorum. Strab. lib. 13. vbi
✣Gryne, Apollinis delubrũ & oraculum peruetustum.
✣Gryneus, vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius.
‡Grynæum nemus, est in finibus Ionijs Apollini consecratum. Seru.

G ANTE V.

Guba, ciuitas est Arabiæ Petrææ. Ptol.
Guberni, populi sunt Galliæ Belgicæ. Plin. lib. 4. ca. 17. *Los del ducado de Iulies.*
Gulus, flu. est Mauritaniæ Cæsariẽsis. Ptol.
Gunugij, orũ. colonia Mauritaniæ Cęsariẽsis. Pl. li. 5
Gunnus. i. opp. est Thessaliæ. Strab. lib. 9.
Guntia, opp. est Bæticæ conuentus Gaditani. Plin.
Guphna, ciuitas est Iudææ ab occasu Iordanis. Ptol.
Gurbatha, ciuitas est Mesopotamiæ. Ptol.
Guriani, populi sunt Medis finitimi.
Guriauna, ciuitas est Mediæ. Ptol.
Gurulis vetus, ciuitas est Sardiniæ insulæ. Ptol.
Gurulis noua, ciuitas est Sardiniæ insulæ. Ptol.
Gutæ, arum. populi sunt Germaniæ in Scandia. Pto.
Gutallus, flu. est Germaniæ. Solin. cap. 32.
Guttones, populi sunt Germaniæ in Vindelicia. Pli.

G ANTE Y.

Gyaros, insula vna è Sporadibus. Steph.
Gyarus, parua insula in mari Aegæo vna Cycladum.
✣Gyas, nomen viri Troiani.
✣Gygæa, lacus est Lydiæ à quo Gygæus, a, um.
✣Gygemorus, monticulus est non longè à Thessalia.
Gygæum, stagnum est Lydiæ prope Sardis. Pli. lib. 5
✣Gyges, rex Lydiæ qui annulũ pręstantissimũ habuit
‡Gyges, immanis gigas, Titanis & Terræ filius. Oui.
Gygame, populi sunt Africę Aegypti confines. Hero. lib. 4.
Gygarta, opp. est ad Libanum montem. Pli. lib. 5.
Gyguri, populi sunt Asturum in Hispania. Plin. lib. 3 cap. 3.
‡Gylacea, Illyriæ ciuitas, à Gylace Corinthio.
Gymnæ, arum. opp. est Bœotiæ. Plin. lib. 4. cap. 3.
Gymnesię, insulę maris nostri quas Baleares diximus Vulgo *Mallorca, y Menorca.*
Gymnetes, siue Gymnetæ, populi sunt Aethiopiæ.
Gymnosophistæ, Philosophi Indorum sic dicti quod nudi incederent, de his Philost. lib. 6.
Gynæcocrautumenæ, populi ad Mæotida.
Gynęcopolis, ciuitas est Aegypti. Strab. lib. 17.
Gynæcopolitæ, populi sunt Aegypti, Strab. lib. 17.
Gynæcopolis, ciuitas est Phœnices. Steph.
Gyndes, fluu. Assyriorum post Euphratem maximus quem Cyrus in 46. alueos dispartiuit. Herodot.
Gypsara, portus est in Mauritania Cæsariensi. Ptol.
Gypsaria, ciuitas est Arabiæ Petrææ. Ptol.
Gypsus, insula est Aethiopiæ. Steph.
Gyra, ciuitas est insulæ Meningis in Africa.
Gyrthon, opp. est Magnesiæ, Pli. lib. 4. cap. 9.
Gyrtheum, opp. est Laconię in Peloponeso, Liuio au thore, hinc
Gytheates sinus, à Gytheo opp. proximo dictus. Pli.
Gythites, insula est Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.
Gythones, populi sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol. *Los de Danzique.*
Gyzantes, gens est Libyæ. Steph.

DE INCIPIENTIBVS A Litera H.

H Abessus, Lyciæ ciuitas postea Antiphellus dicta. Vulgo *Antifelo.*
✣Habronicus, nomen viri proprium. (ca. 8
Hadramitani, populi sunt Siciliæ. Plin. li. 3.
✣Hadria, f. g. oppidum ad Ferrariam nunc demersum.
✣Hadria, mascul. gen. pro sinu maris, seu pro ipso mari Hadriatico.
✣Hadria, Romanorum colonia, arduo in colle sita: ab Hadria fiunt
✣Hadriacus, Hadrianus, Hadriaticus, Hadriensis.
Hadrianopolis, ciuitas regia Thraciæ quæ Andrinopolis. Vulgo *Andrinopoli.*
Hadrianopolis, prius Philippopolis, nunc Trimonti um dicitur.
Hadrianopolitanus, siue Hadrianopolites, eius vrbis ciuis.
Hadrumentum, opp. Africæ. lege Adrumentum.
Hæbudes, insulæ sunt. Solin. cap. 35.
Hædui, Galliæ populi, trans Ararim fluuium habitan tes Cæsari. *Los del ducado de Borgoña.*
Hæmodes, portio est montis Tauri. Pomp. lib. 1.
✣Hæmonia, regio quæ postea Thessalia, dicta supra Aemonia.
✣Hæmon, Thebanus iuuenis, qui ob Antigonem quã deperibat mortem sibi ad eius tumulum consciuit.
Hæmus, mons est celebris Thraciæ. Solin.
✣Hærennius, nomen proprium ab hærendo dictum.
✣Hæres, nomen Deæ cui veteres post acceptam hæreditatem rem diuinam faciebant.
‡Hagion, locus Scythiæ, vbi Aesculapius celebratur.
Halalcomene, opp. est in sinu Malliaco, vnde
✣Halalcomeneis Minerua cognominata, quòd in eo loco coli solita sit.
‡Halarodij, populi circa Pontum. Steph.
✣Halcyon, Ceix filius Luciferi, qui vna cum vxore in aues eius nominis mutatus est. Ouid.
Halcyonium mare, portio Crissæi sinus est. Strab. libro. 8.
‡Hale Aexonides, pars tribus Cecropiæ. Steph.
Halecis, flu. est Locrorum Epizephyriorum.
Haleius campus, cuius Hom. & Stra. li. 11. meminère
Halenius campus, est in Pamphylia. Strab. lib. 14.
Halesina, Siciliæ ciuitas est Ciceroni in Verrem.
Halesini, populi Siciliæ ab Halesina dicti. Pli. lib. 3.
Halesinus, fons est Siciliæ ad Halesinam. Solin. capite vndecimo.
‡Halesius ager, est in Epiro, vbi sal copiosus fit. Step.
Haleus, fluuius & mons non longè ab Aetna. Colu.
✣Halesus Agamemnonis filius ex Briseide. Verg.

Halesus, fluuius Ioniæ ad Colophonem Plinio. lib. 5. cap. 29.
Haliacmon, onis. flu. est Macedoniæ. Pli. li. 4. ca. 10.
Haliartus, opp. est Bœotiæ. Strab. lib. 9.
Halicarnassus, ciuitas Cariæ, clara Herod. & Dionys. historico. Vulgo *Mesi*.
Halicarnassus, à Doris condita. Herod. lib. 2.
Halicarnassæus, a, um. ad Halicarnassum pertinens
‡ Halycirna, vicus Acarnaniæ. Steph.
Halienses, i. piscatores, populi sunt Atticæ. Strab.
Halies, populi sunt Peloponnesi. Strab. lib. 8.
Halitenes, populi sunt maioris Asiæ. Strab.
Halium, opp. est Italiæ. Strab. lib. 5.
Halix, icos. opp. est Ciliciæ. Plin. lib. 5. cap. 27.
Halmene, regio est Epiri. Ptol.
Halmia, ciuitas est Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Halmydissus, opp. est Thraciæ. Ptol.
Halmyris, lacus ex Istri fluminis alueo. Plin.
Halo, us. vicus est Marmaricæ in Aegypto. Ptol.
Halone, es. insula est contra Ephesum.
Haleone, insula est & ciuitas iuxta Cyzicon. Steph.
Halonnesus, insula est maris Aegæi prope Thraciam Pomp. lib. 2. Strab. lib. 14.
Halonnesus, prius fuit Athenienfium, à Philippo tandem capta.
Helope, siue Alope, ciuitas Thessaliæ. Strab. lib. 9.
Halоritæ populi sunt Macedoniæ. Plin. libro quarto capite 10.
Halos, ciuitas est Achaiæ. Steph.
Halyciæ, arum. ciuitas est Siciliæ. Steph.
Halycidon, onis. locus in Gallia Narbonēsi. Pomp. libro. 2.
Halycienses, populi sunt Siciliæ insulæ. Plin. lib. 3.
Halydienses, populi sunt Cariæ regionis Asiæ. Plin.
Halyætus, viri proprium in auem sui nominis versi. Ouid.
Halymusij, populi sunt Atticæ regionis.
Halys, flu. Paphlagoniæ ex radicibus Tauri mōtis per Cappadociam fluens.
Halyserne, opp. est Theutraniæ. Plin. li. 5. cap. 30.
Halyzıa, ciuitas est Arcananiæ in Epiro. Steph.
Halyzones, populi Paphlagoniæ ad Chalybes. Step.
✠ Hamadriades, nymphæ syluarum, siue syluarum numina.
‡ Hamaxa, regio Bithyniæ. Steph.
✠ Hamaxampeus, pars est Hypanis fluuij. Tortell.
✠ Hamaxan, sydus Græci vocant quod nos septentriones.
Hamaxitus, ciuitas est Thessaliæ. Strab.
Hamaxobitæ, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Pomp.
✠ Hamaxobitas, Vadianus Pomponij iuterpres Moscouitas dicit.
Hammanientes, pop. sunt Cyrenaicæ regionis. Plin.
Hammonia, ciuitas quæ postea Paretonium dicta Strab.
Hammoniaca regio Aegypti siue Cyrenaicæ.
Hammonis oraculum, in eadem regione. Strab. li. 17
✠ Hanapis, flu. est Scythiæ, Herod.
Hannibalis castra, portus in arctissima parte Italiæ. Plin. lib. 4. cap. 10. *Le castelle en calabria a 12. millas del golfo de Squillaci.*

✠ Hanno, Carthaginen. quē virgis cæsum & oculis effossis Carthaginenses cruci affixerunt. Iust. lib. 2.
✠ Hanno, alius Carthaginen. qui contra Agathoclem pugnans interijt. Iust. lib. 22.
✠ Hanno alius, qui cum optima Carthaginensibus de pace consuleret nequaquam exauditus est Liu.
Harbanum, quarta pars tetrapolis Hetruriæ Io. An.
Harma, atos, opp. Bœotiæ. Hom. lib. 2. Iliad.
✠ Harmathus, ciuitas è regione Methymnæ, à qua Harmathopolitæ, populi Teuthraniæ Pergamū conuenientes. Pli. lib. 5. cap. 30.
✠ Hermocrates, medicus memorandæ inscitiæ & ignauiæ, qui per somnum conspectus interficiebat, vt basiliscus.
Harmocides, dux Phocensium contra Mardonium Persarum ducem.
✠ Harmodius & Aristogiton ciues Atheniē. de repub. benemeriti. Demost. in orat.
✠ Harmodus, poëtæ nomen, de quo sæpe Plut.
✠ Harmonia, Martis & Veneris filia Cadmi vxor. Oui
✠ Harmonia, Gelonis filia Themystij vxor.
✠ Harmonides, Troianus fuit à Minerua dilectus. Ho.
Harpagia, orū. locus est iuxta Cyzicon. Steph.
✠ Harpagium, oppidum iuxta Parium, apud quod Ganymedes raptus. Vadian. & Steph.
✠ Harpalice, Harpali Thracum regis filia Amazonum regina. Verg. lib. primo Aeneid.
✠ Harpalus, ab Alexandro fugitiuus, Athenas traiecit.
✠ Harpalus, nomen viri qui prædo fuit. Cic. de nat. de.
Harpaliceia, ciuitas est Phrygiæ. Steph.
Harpasa, ciuitas Cariæ opposita fluuio Harpaso. St.
Harpe, gladius est Mercurij falcatus, quo Perseus vsus dicitur. Ouid. lib. 5. Metam.
Harpi, orum. opp. Apuliæ à Diomede conditum. Pl.
Harpis, opp. est Mysiæ inferioris. Pto.
✠ Harpocrates, deus Aegyptiorū ex Iside vel Osiride (natus
✠ Harpocrates, philosophus, qui silentiū rebus omnibus anteponebat, vnde Harpocratem agere dicitur pro eo quod silentium imponere.
✠ Harpyiæ, monstra fuerunt, qualia describit Verg.
✠ Harpyiæ, tres sunt Aëllo, Ocypete, Celæno. Verg.
✠ Harpyiæ, alijs dicuntur Neptuni, alijs Taumantis & Electræ filiæ.
Harpyia, opp. est Illyriæ. Steph.
Harudes, populi sunt Germaniæ Cæsari in bello Gal.
✠ Hasdrubal, dux Carthaginensis, lege Asdrubal.

H ANTE E.

Heba, ciuitas est Tuscorum mediterranea. Ptol.
✠ Hebe, filia fuit Iunonis absque patre. Ouid. lib. 9.
✠ Hebe, cæterorum deorum, Ganymedes autem solius Iouis pincerna est. Hom.
✠ Hebræi, dicti sunt Iudæi ab Heber, ab nepote Sem filij Noë, prius Hebræi.
✠ Hebræus, Hebraicus, a, ū, adiect. vt Lingua Hebraica.
Hebrus, Thraciæ flu. percelebris. Vulgo *Ibār*.
Hebrus, in mare defluit iuxta Aenum. Herod. lib. 4.
✠ Hecale, nomē pauperrimæ fœminæ. Oui. de Amore
‡ Hecameda, Arsinoi filia: Vide Ecameda.
Hecaria, insula vna è Cycladibus.

✠Hecate, ponitur pro Diana, Luna, Proserpina, vnde Trigemina dicitur.
✠Hecate alia, filia Persei Solis filij, venenorũ & herbarum radicumq; cognitione peritißima.
✠Hecateius, a, um. adiect. 5. syllabarum ab Hecate.
Hecatesia, ciuitas est Cariæ. Steph.
Hecatompedum, ciuitas est Chaoniæ in Epiro. Pt.
Hecatompylus, ciuitas est regia in Parthia. Pli. li. 6.
‡Hecatonnesi, paruæ insulæ sunt. 20. circa Lesbum.
✠Hector Priami & Hecubę filius ab Achille interfect⁹
✠Hector, Troianorum omniũ fortiss. Græcos solus fugabat, tandem ab Achille interemptus.
✠Hectoreus, a, um. possessiuum ab Hectore: vt
✠Hectorea gens, quæ ab Hectore duxit originẽ. Oui.
✠Hecuba, vxor Priami, Cissei regis Thraciæ filia.
✠Hecubæ sepulchrum, Thraciæ promont. est.
Hedaphtha, ciuitas est Asiæ propriæ. Ptol.
‡Hedui, vide Hædui.
Hedyosmos, ciuitas est Peloponnesi Strab. lib. 8.
Hedypson, ontis, ciuitas est prope Seleuciam. Strab. lib. 15.
✠Hegaleos, mons est Atticæ nemorosus. Statio.
Hegemõ, Characenus versificator, scripsit bellũ Leuctricum. Steph.
✠Hegesias, Cyrenaicus philosophus fuit memorandæ eloquentię, Val. Max.
✠Hegesias alius, Magnesius orator nobilis. Suid.
✠Hegesippus, historicus qui scripsit historiam Ecclesiasticam. 5. libris. Suid.
✠Hegesippus, alius poëta comicus Athenæo.
✠Hegesipyle, fuit Holori regis Thraciæ filia. Tortell.
✠Hegesistratus Ephesius, qui Eleam vrbem in Asia cõdidit. Plutarch.
Hegetmatia, opp. est Germanię. Ptol.
Hela, ciuitas est Italiæ. Strab. lib. 6.
Hela regio est minoris Asiæ, Attali regis emporium. Steph.
✠Helei, populi sunt clarissimi in Peloponneso.
✠Helena, filia Iouis ex Leda vxore Tyndari regis Laconiæ, ob formæ elegantiam à multis amata.
‡Helena, fons in Chio, in qua Helena lauit. Steph.
Helene, insula est contra Sunium Atticæ promonto. quæ & Cranaë. Vulgo *Macroniso.*
Helenij, populi Hispaniæ conuentus Bracharensis.
‡Helenius, locus iuxta Canobium. Steph.
Helenopolis vrbs est Bithiniæ. Hieron. & Steph.
✠Helenus, filius Priami ex Hebuca, vaticinio clarus.
Heletani, populi sunt Hispaniæ ad Iberum.
Heleti, populi sunt Thraciæ. Pli. li. 4. ca. 11.
✠Heleus, locus est qui finit Hellespontum.
Heliades, tres fuerunt filiæ Solis & Clymenes. Oui.
Helicaonia, regio Italiæ quæ Euganea.
Helicaonia, ab Helicaone Antenoris filio dicta est.
Helice, ciuitas est Achaiæ quam mare absorbuit.
Helicon, mons est Bœotiæ Musis & Apollini sacer.
Helicon, dictus ab Helicone qui ibi cum Citherone fratre singulari certamine pugnauit.
Heliconiades, appellatæ sunt Musæ ab Helicone monte,
Helicon, lucus est apud Thebas. Solin. 12.
Heliconius, a, um. adiect. res ad Heliconem pertinens
Heliconis, idos. siue Heliconias, ados. patrõ. fœmini
‡Heliæa, iudicium Atheniensium, omnium maximum Steph.
✠Heliocopis, nomen proprium nymphę.
✠Heliodorus, nomen viri proprium.
✠Heliogabalus, penul. prod. Antonini Caracallæ filius
✠Heliogabali Imperatoris mores impurißimos, gulã & libidinem describit Lampridius.
Heliopolis, opp. est Aegypti quod Græcis Thebe dicitur, vbi nunc *Alcayro.*
‡Heliopolis, prius dicta quæ postea Corinthus. Step.
Heliopolis, alijs Soloë, opp. Ciliciæ quod postea Põpeiopolis. Solin. cap. 51.
Heliopolitanus, a, ũ. siue Heliopolites ab Heliopoli.
Heliopolites nomos, præfectura est Aegypti. Ptol.
✠Helisos, flu. est Atticæ. Stat. lib. 4. Thebaid.
Helium, ostium est quoddam Rheni fluminis. Pli. li. 4. Vulgo *Die Vuieling.*
✠Helius, nomen propriũ à sole q Græcis ἥλιος dicitur
Heliutrapeza, i. mensa solis in solitudine Aegypti Solin.
‡Helixea, insula Hyperboreorũ, nõ minor Sicilia. St.
Helixus, i. flu. est Parij ciuitatis Propontidis. Strab.
Hellas, ados. regio est quæ proprie dicitur Gręcia ab Hellene Deucalionis filio.
Hellas, ab Isthmo Peloponnesi incipit. Solin. capite decimo tertio.
Hellas, ciuitas est Thessaliæ. Steph.
Hellenes, dicuntur quos Gręcos vocamus.
Hellenicos, interpretari potest Gręcanicus.
✠Hellen, Deucalionis filius à quo Græci Hellenes.
Hellenion, & Caricõ loci sunt in Memphitide. Ste.
✠Helles, filia Athamantis regis Thebarũ & Nepheles
✠Hellespontus, fretum angustum quod Aegæũ à Propontide separat Vulgo *El estrecho de Galipoli.*
Hellespontus. 7. stadijs Europam ad Asia diuidit.
Hellespontiacus, Hellesponticus, Hellespõtius, a, ũ. res ad Hellespontum pertinens.
Hellespontij, populi sunt qui Asiam incolunt.
Hellespontius ventus, ab Hellesponto flans.
‡Hellespontius, regio adiacens sinui, incolæ Hellespõtij. Steph.
Hellopia, regio est Epiri. Strab. lib. 7.
Hellopia, quoq; prius dicebatur, quæ nunc Eubœa Strab. Vulgo *Negroponte.*
Hellos, opp. fuit Ioniæ prope Mimanta.
Hellos, quoque est opp. Elidis in Achaia.
Helorus, Siciliæ flu. qui aliquibus Elorus.
✠Helorus, Istri fluminis filius, ab Aiace occisus.
‡Helos, vrbs Laconica, incolæ Helotæ, & Eleatæ. St.
Heluetij, pop. bellicosißimi inter Celtas. Vul. *Suiços*
✠Heluetiorũ fœdus, q̃ ligã vocant. 13. ciuitatib. cõstat
Helui, populi sunt Galliæ siue prouinciæ Narbonẽsis
Heluinum, flumen est Piceni in Italia, Pl. li. 3.
✠Helimus & Panopes, Acestæ regis Siciliæ comites.
Hemasini, populi fuerunt Liburniæ. Plin. li. 3.
Hemeroscopeion, ciuitas est Celtiberorum. Steph.

Hemeroscopion, opp. Hispaniæ inter Sucronem & Carthag. Vulgo, *Cabo Martin*.
‡ Hemicynes, populi non procul à Massagetis, & Hyperboreis. Steph.
✠ Hemus, nomen Græculi histrionis. Iuuenal.
‡ Hemus, mons Thraciæ, Vide Hæmus.
Henea, insula vna è Cycladibus.
✠ Henetia, olim dicta quæ nunc Venetia appellatur.
Henetosa, ciuitas est Paphlagoniæ.
Henetû, Paphlagoniæ opp. vnde Heneti populi qui nunc Veneti. Plin.
Heniochia, regio iuxta Caucasum. Steph.
Heniochi, populi sunt septêtrionales, leges Eniochi.
Henoti, populi sunt Paphlagoniæ, melius Heneti.
Henna, opp. Siciliæ aspirauit. Pli. alijs Enna. Vul. *Aña*
Henones, pop. Galliæ Lugdunensis prope Aruntas.
Heoa, opp. paruæ Syrtis in Africa propria.
Heordenses, populi sunt finitimi Macedoniæ. Plin.
Heortæ, ciuitas est iuxta Istrum. Strab.
‡ Hephæstia, vrbs in Lemno. & vicus in tribu Acamantide. Steph.
✠ Hephestos, viri proprium & nomen Vulcani.
‡ Hephęstunesi, id est, Vulcani insulæ, regioni Adiabenæ annumerantur. Steph.
Heptacometæ, populi sunt finitimi Colchis. Strabo. lib. 12.
Heptadelphi. i. septem fratres, mons est Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.
✠ Heptagoniæ, nomen loci Liuio lib. 4. belli Maced.
Heptanomis. i. 7. præfecturæ, in Aegypto. Ptol.
✠ Heptaphonos, nomen porticus est quod in eo septies vox reddatur. Plin. lib. 36. cap. 15.
Heptaporus. i. 7. meatus, Rhœsus flu. Troianus qui septem locis vadari potest. Strab.
Heptapyli, dicuntur Thebæ Bœotiæ, Liberi atque Herculis patria.
Heptapyli, Thebæ fuerût in Aegypto. 100. portarû.
✠ Hera, Iunonis nomen apud Græcos. Interp. aër.
Heraclea, nomen est plurium ciuitatum ab Hercule.
Heraclea Sintices, ciuitas est Macedoniæ. Ptol.
Heraclea ad Latmum, ciuitas est Cariæ in Asia conuentus Alabandici. Plin. lib. 5. cap. 29.
Heraclea Ponti, ciuitas omnium nobilissima. Ptol.
Haraclea, quæ Perinthus, ciuitas est Thraciæ. Ptol.
✠ Heraclea, ciuitas est Syriæ curuæ. Ptol.
Heraclea, ciuitas est Syriæ Cyrilticæ regionis. Ptol.
Heraclea, ciuitas est Mediæ. Ptol.
Heraclea Phthiotidis, ciuitas est Macedoniæ. Ptol.
Heraclea, opp. Siciliæ à latere meridionali. Pomp.
Heraclea, quam Doricus Lacedæmonius in Sicilia (côdidit.
Heraclea, opp. est Parthiæ. Strab. lib. 11.
Heraclea, ciuitas est Peloponnesi. Strab. lib. 8.
Heraclea, opp. Cretæ in ora maritima. Plin.
Heraclea, ciuitas fuit ad ostia Rhodani. Plin. lib. 3.
Heraclea, oppidum Acarnaniæ in Epiro. Plin. lib. 4.
Heraclea, ciuitas Italiæ ad Crutonem. Plin. libro tertio cap. 11.
Heraclea, quoq; Straboni ponitur in India.
Heraclea, quæ postea Achaia dicta, Solin.
‡ Heraclea, ciuitas Lydiæ, Libyæ, Sardiniæ, Celticæ, Thessaliæ, insula in Carpathio pelago, insula in Atlantico. Steph.
Heracleotes, tæ. penultima produ. & Heracliensis ab Heraclea dictum.
Heracleotes tractus, in Aeolide regione. Plinio lib. 5 cap. 30.
✠ Heraclei, nomen fuit nonnullorum Imperatorû Romanorum.
✠ Heracleo, dux prædonum apud Cic. in Verr.
✠ Heracleon, grammaticus Aegyptius, scripsit cômentarios in Homerum & Lyricos. Suid.
Heracleopolis, ciuitas Aegypti à qua nomos dicta.
Heracleopolis, nomen trium ciuitatum in Aegypto.
Heracleopolis prima, ex qua Theophanes Physicus.
Heracleopolis altera, quæ non longè à Pelusio est.
Heracleopolis tertia, iuxta Nili ostium quod Canopicon appellant. Volaterr.
Heracleopolites, insula est Nili. Plin. lib. 5. cap. 9.
Heracleoticum, Nili ostium ab eadem nominatû Pli.
✠ Heraclides Lycius, domi vir clarus Smyrnæ docuit.
Scyllæum, promont. est Brutiorum in Italia. Pomp. Vulgo *Garofilo, en Calabria*.
Scyllias, vir quidā Sicyonius, optimus vrinator. Her.
Scyllus, untis. opp. Achaiæ, quo Xenophon donatus est à Lacedæmonijs. Strab.
Scylurus, viri propriū, qui relictis 80. filijs hastiliū fascem à singulo constringi iubebat. Plutar.
Scymnitæ, pop. sunt Sarmatię Asiaticæ. Ptol.
Scyriaci, pop. sunt septentrionales ad Boristhenem.
Scyritæ, gens Indiæ quæ narium loco foramina tantum habet. Plin. lib. 7.
Scyrmiadæ, pop. sunt Thraciæ. Herod. lib. 4.
Scyros, insula vna è, Cycladibus vbi regnauit Lycomedes, Vulgo *Scyro*.
Scyrias, adis. à Scyro. Ouid. Scyrias Aemonio victa puella viro.
Scyreticus, a, um. à Scyro insula. Plin. In Scyretico metallo.
Scyrius, a, um. Ouid. Ignara tetigi Scyria membra manu.
Scytha, Herculis filius, à quo Scythiā dictam putant.
Scythes, Iouis filius, qui primus arcus & sagittarum vsum reperisse dicitur. Plin. lib. 7. cap. 56.
Scythia, regio est in Europa. & altera in Asia.
Scythæ, pop. sunt septentrionales vtriusq; Scythiæ.
Scythicus, a, um. à Scythia. Luca. Scythicus non alligat Ister.
Scythis, idis. Oui. Exercere artes Scythicas memorātur easdem.
Scythius, a, um. Vergil. Aut non qua Scythiæ gentes Mæoticaq; vnda.
Scythes, æ. qui ex Scythia est, vt Anacharsis Scythes. Cicero.
Scythias, olim dicta est Delus insula. Stephan. Vulgo *Sdiles*.
Scython, quidam fuit, qui modo in fœminam, modo in virum pro arbitrio commutabatur. Ouid.
Scythopolis, ciuitas est Decapoleos regionis. Plin.
Scythotauri, pop. Scythiæ, qui pro hostijs aduenas cædere consueuerunt. Solin.

S ANTE E

Sebala, ciuitas est in Hispania.
Sebardæ, pop. sunt Aethiopiæ Aegypti. Ptol.
Sebasta, ciuitas est Pisidiæ in Cilicia. Pt. Vulgo *Suias*
Sebasta, Augusti nomini & numini dedicata. Strab.
Sebastæ, opp. est Palestinæ quod prius Samaria dictū
Sebastia, ciui. est Ponti Polemoniaci in Cappadocia.
Sebastini, siue Sebastiani pop. sunt illarum ciuitatum
Sebastopolis, ciuitas est Ponti Cappadocum. Vulgo *Sabasti*.
Sebastopolis altera, ciuitas est Aeol dis regionis. Plin.
Sebeda, port... est Lyciæ. Plinio & Alexandro.
Sebennyticum, ost... m vnum ex septem Nili Ptol.
Sebennytes nomos, præfectura est in Aegypto. Ptol.
Sebennitus, ciuitas est metropolis in Aegypto. Ptol.

Seb... hos

Sebethos, fons est siue fluuius apud Neapolim. Stat.
Sebethi aqua vicatim decurrēs, omnes fere vsus Neapolitanis præstat.
Sebethis, idis. à Sebetho. Verg. Quē genuisse Telon Sebethide nympha.
✠Sebinus, lacus quem facit fluuius Lollius apud Sarnicum. Plin. lib. 3. cap. 19. Vulgo *Lago d'Iseo.*
Sebus, ciuitas est Iudææ ab occasu Iordanis. Pto. melius Esbus.
‡ Sebusium, opp. in Cottijs Alpibus. Vulgo *Susa.*
‡ Secela, vrbs Palestinæ: gentile Seceli. Steph.
Secienses, populi sunt Africæ sub Adrimitto.
Secundani, populi sunt prouinciæ Narbonensis. Pli.
✠Secundus, sophista Atheniensis, quem aliqui Epithyrum vocant. Philost.
‡ Secundus, alter Tridentinus, vir sanctus Agiulpi regis Longobardorum tempore.
Secuntia, an Sagontia, ciuitas est in Hispania. Ptol.
Secusses, populi sunt incolæ Alpium. Pli. 3. cap. 20.
Secusij, populi sunt Galliæ Lugdunensis. Ptol.
Sedetani, populi sunt Hispaniæ citerioris.
Sediboniates, populi sunt Galliæ Aquitanicæ. Pl. li. 4.
Sedigitus Volcatius, illustris poëta, sic à sex digitis dictus. Plin. lib. 11. cap. 43.
Seduneffos, ciuitas est in Hispania.
Seduni, populi sunt Alpium incolæ. Pli. li. 3. cap. 20.
Sedusij, populi sunt Galliæ Belgicæ Cæsari. lib. 1.
Segalauni, populi sunt prouinciæ Narbonensis. Ptol.
Segedo, quæ Iulia restituta, opp. est Bæticæ. Pli.
Segeda Augurina, opp. est in eadem Bætica. Pli. li. 3.
Segeda Areuacorum, opp. est Hispaniæ citerioris.
Segesta, opp. est Siciliæ ab Aenea conditum.
Segestani, populi sunt Siciliæ à Segesta. Ptol.
Segesta, opp. est Liguriæ mediterraneum. Plin. lib. 3. Vulgo *Sigestro.*
Segesta, oppidum est Carnorum in Veneta regione. Plin. lib. 3.
Segestensis, à Segestis de quo Cicero in Verrē sæpè.
Segestanus, a, ū. à Segesta. Cic. De Segestana Diana.
Segestica, ciuitas est ad Alpes. Strab. lib. 4.
✠Segetia, dea quam prisci colebant vt lætas faceret segetes.
Segisa, opp. est in Hispania. Ptol.
Segisenses, pop. sunt Hispaniæ à Segisa.
Segisama Iulia, ciuitas est Hispaniæ. Ptol. Vulgo *Tordesillas.*
Segisamonenses, populi sunt Hispaniæ, conuentus Cluniensis.
Segisamunculū, opp. est Autrigonū in Hispania. Pt.
Segius, mons est prouinciæ Narbonensis.
Segni, populi sunt Galliæ inter Eburones. Vulgo *Los de Signey cabe Namur.*
Segobriga, ciuitas est Celtiberum in Hispania. Ptol. Vulgo *Sogorbe.*
Segobrigēses, populi Hispaniæ cōuentus Carthagi.
Segobia, ciuitas est Areuacorum in Hispania. Ptol.
Segodunum, opp. est Rutenorum in Aquitania. Pto.
Segodunum, ciuitas est in Germania. Ptol. Vulgo *Norimberga.*
Segontia Paramica, ciuitas est Ptolemæo in Hispania.
Segontienses, siue Segontini populi à Segontia.
‡ Segor, fuit quinta ciuitas post Sodomam & Seboin, quæ ad preces Loth seruata est.
Segortialacta, opp. est Areuacorum in Hispania. Ptol. Vulgo *Segouia.*
Segouellauni, populi Galliæ Narbonensis qui supra Segalauni.
Segusacatum, opp. est in Germania. Ptol.
Segusianorum forum, est in Gallia Lugdunensi. Pto.
Segouia, ciuitas est Germaniæ. Ptol.
Segusio, onis. opp. est in Transpadana regione. Vulgo *Susa.*
Segutia, oppidum est in Alpibus Cottijs.
✠Seianus, viri proprium de quo multa Suet. in Tyber.
✠Seir, mons in terra Edom vbi habitauit Esau.
✠Seius, viri nomē à quo Seianus equ*. Gel. lib. 3. ca. 9.
✠Seianus equus, prouerbium de hominibus calamitose ortis dici solitum. Eras.
Sela, fluuius est Messeniæ in Peloponneso. Ptol.
Sela, ciuitas est in Susiana regione. Ptol.
Selachusa, insula est in sinu Argolico. Pli. li. 4. ca. 12.
Selambina, opp. est in Hispania. Pt. Vulgo *Selobreña.*
Selatiti, populi sunt in Mauritania. Plin.
Selbo, lacus est, quē opinor dici Sirbo ex Pt. Stra. Pl.
Selene, à Strabone dicitur, quā Latini Lunā, & lingua Persica Cariaram vocant. Vulgo *Luni.*
Selensis, ciuitas est in Hispania.
✠Selenus, flu. est Ciliciæ in finibus Calendrarum. Lu.
Seleoborca, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Seleucia, ciuitas est Syriæ curuæ, quam Orontes fluuius allabitur. Vulgo *Solda.*
Seleucia Pieria, à Pirrho monte cōgnominata.
✠Seleucia, vrbs Ciliciæ Tracheæ à Seleuco Nicatore vel Nicanore condita. Strab.
Seleucia, ciuitas est Phrygiæ in Pamphylia. Ptol.
Seleucia aspera, ciuitas est mediterranea Ciliciæ. Pt.
Seleucia ciuitas est Cariæ. Plin. lib. 5. ca. 29.
Seleucia, ciuitas est Parthorū iuxta Tigrim. Pl. lib. 5.
Seleucia, quæ prius fuit Alexandria. Floro.
‡ Seleucobelus, vrbs prope Syriam: ciuis Seleucobelites vel Seleuceus iuxta Belum. Steph.
Seleucus, vnus fuit ex principib. Alexandri. Appian.
✠Selga, ciuitas est Pisidiæ in Pamphylia. Ptol.
Selgia, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Selia, ciuitas est Hispaniæ Lusitaniæ. Ptol.
Selingæ, pop. sunt Germaniæ. Ptol.
Selini, populi sunt Hispaniæ. Ptol.
‡ Selinus filius Neptuni, filiā habuit Heliten quæ nupsit Ioni. Steph.
Selinus, untis. flu. est in Sicilia. Ptol. Vulgo *Selemi.*
Selinus, ciuitas est Leontidis regionis in Cilicia. Pt.
Selin*, portus est Libycę pręfecturę in Aegypto. Itē.
Selinus, opp. est Siciliæ iuxta Lilybæum. Verg.
Selinusius, a, um. Pli. Terra Selinusia.
Selinuntij, pop. sunt in eadem Sicilia. Plin. lib. 3.
Selinuntius, a, um. Plin. Ex omni genere grani prætulerunt Selinuntium. (cus. Str.
Selinus, untis, duo cognomines vrbes in Ionia imo la

✠Selinus, flu. qui per Aegiorum agrum labitur. Strab.
✠Selinus, fluuius qui Dianæ Ephesiæ templum præterfluit.
✠Selinus alter, fluuius in Megarensium tractu. Sil.
Selinusius lacus, est in Lydia regione Asiæ. Strab.
Selium, ciuitas est Hispaniæ Lusitaniæ. Ptol.
‡ Sellæ, opidum est Epiri: incolæ Sellani. Luc. lib. 3.
Sellæ, populi sunt in Epiro regione. Plin. lib. 3.
‡ Sellasia, vrbs Laconicæ, gentile Sellasius. Step.
Selletæ, populi sunt in Thracia. Pli. lib. 4. ca. 11.
Selymbria, ciuitas est Thraciæ ad Propontida. Plin. Vulgo. *Silibrea*.
‡ Semachidæ, vicus Atticæ in Anthiochide tribu, à Semacho: incola Semachides. Step.
Semana sylua, est in Germania magna. Ptole. Vulgo *Selua de Turingia*, quæ & Bacenis.
✠Semele, filia Cadmi Thebarum regis Bacchi mater.
✠Semeleius, a, um. à Semele. Ouid. Proles Semeleia.
Semellitani, populi sunt Siciliæ insulæ. Pli. lib. 3.
Semena, opp. est in Lycia regione.
Semina, ciuitas est Parthiæ. Pto.
✠Semiramis, Assyriorum regina fuit, Nini regis vxor.
✠Semiramius, a, um, Claud. Nostra Semiramiæ timeant insignia turres.
Semizus, ciuitas est Armeniæ minoris. Pto.
Semnones Sueui, populi sunt Germaniæ magnæ. Pt.
Semonitis, regio est in Bithynia.
‡ Semphe, vrbs Arabiæ iuxta Euphratem: gentile Semphæus & Semphenus. Steph.
✠Sempronius, senator fuit Romanus.
✠Sempronij, plures fuerũt, quorũ seriẽ lege apud Volat.
Semphij, populi sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Sena, insula est in mari Britannico. Pomp. lib. 3.
Sena, æ. vel Senæ, arum. ciuitas est Tusciæ mediterranea. Vulgo. *Siena*.
Senensis, e. res ad Senam pertinens.
Senaculum, locus Romæ vbi Senatores consultandi gratia consistebant.
Sena, flu. est. Luc. Senaque Rhodiacas, &c.
Senaria, insula est eadem quæ Capreæ, arum.
✠Seneca Cordubensis, Romã veniẽs declamator egregius & philosophus insignis euasit.
✠Seneca, venis solutus sub Nerone mortuus est.
✠Senecio, vir in Bætica natus & ibi quæstor. Tacit.
Senegallia, ciuitas est eadẽ Catoni quæ Senogallia.
Sengoriaei, populi sunt Britanniæ.
Senia, locus est Dalmatiæ siue Illyrici. Pto.
✠Sennaar, campus Babylonis in quo turris extructa est
Sennates, populi sunt Galliæ Aquitanicæ. Pli.
Senogallia, ciuitas est maritima in ora Vmbriæ.
✠Senogallia, dicta à Senonibus Gallis q eã cõdiderunt
Senones, populi sunt Galliæ Lugdunensis. Pli. lib. 4.
✠Senones quoq;, populi sunt Italiæ. Plin. lib. 3.
Senta Fauna, filia fuit Pici regis, & Fauni fratris sui vxor.
Senta, specus in Dalmatia ventũ generans. Pli. lib. 2.
✠Sentica, ciuitas est Vaccæorum in Hispania. Pto. Vulgo *Simancas*.
Sentij, populi sunt Galliæ Narbonensis.
Sentinas, opp. est. Hetruriæ. Cat. de originibus. Vulgo *Sento*.
✠Sentinũ, opp. Italiæ in finib. Vmbriæ & Piceni, à quo
✠Sentinates, populi dicti quorum meminit Plin. lib. 3.
Sentites, pop. sunt pfecturæ Marmaricæ in Aegypto
‡ Senus, vrbs Aegypti: ciuis Seniens. Steph.
✠Sepia, scopulus in diuersis locis iuxta littora Atheniensium. Herodot.
Sepias, promonto. est Pelasgiotarum in Macedonia. Pto. Vulgo. *Cabo Monaster*.
✠Sepius, ciuitas quæ nunc Sipontum dicitur. Vulgo *Siponto*.
✠Seplasia, forum Capuæ in quo vnguentarij negociabantur. Val. vnde
‡ Seplasiarius, pro vnguentario & effœminato.
Septa, ciuitas est Africæ Mauritanicæ.
Septẽ fratres, mõs est in Mauritania Tingitana. Ptol.
Septempeda, ciuitas est Picenorũ mediterranea. Pto.
‡ Septentriones, septem stellæ: ex quibus quasi iuncti triones figurantur. Varr.
‡ Septentrionales, ventus, Græcè A parctias.
✠Septimius, vir Romanus cui amores describit. Cic.
Septumani, populi sunt prouinciæ Narbonensis. Pli.
Sequana, flu. est Galliæ Belgicæ Cæsari. Vulgo. *Seine*
Sequani, vel Sequanici, populi sunt eiusdem Galliæ. Vulgo *Los de Besançon en Borgoña*.
Seraceni, populi sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Pto.
✠Seranus, cognomẽ nobilis Romæ. sic à serendo dicti.
✠Seraphin, per n, neut. gen. est, pro choro angelorum.
✠Serapion, orator Alexadrinus Iulianus cognominat.
✠Serapiõ, pictor cognominatus Rhyparographus. Pl.
✠Serapiõ, præsul Antiochenus sub Cõmodo principe
✠Serapion alius, cognominatus scolasticus scripsit cõtra Manichæos volumen egregium. Hierony.
✠Serapis, idis. serpens pro deo cultus apud Aegyptios
✠Serapis deus, qui apud Græcos Pluto dicitur. Cic.
✠Seraspera, ciuitas est minoris Armeniæ. Pto.
Serbetes, flu. est Mauritaniæ Cæsariensis. Pto.
Serbinum, oppidum est Pannoniæ inferioris. Pto.
✠Serbonis, palus est iuxta quã est mons Casius. Hero.
✠Serena, vxor fuit Stiliconis ex Hispania oriũda Clau.
Seres, populi sunt Indorum oriẽtalis inter Tabim & Taurum montem, ab eo quod est Ser, seros.
✠Seres, à quibus nobilis illa lana ex qua fit sericum aduehi dicitur. Ammianus Marcellinus lib. 23.
✠Sericus, a, um. adiectiuum ab eo quod Seres vocãtur.
✠Serica enim, est gens Parthis vicina, sagittandi arte famosa.
Sergentium, opp. est in Sicilia. Pto.
✠Sergestus, Aeneæ nauta apud Verg. lib. 4. Aeneid.
Seguntia, ciuitas est Celtiberum in Hispania.
Seria, ciuitas est Turdetanorum in Hisp. Pto.
Seriphos, insula parua vna è Cycladibus. Pli. Vulgo *Serfone*.
✠Seriphon, notiorem fecerunt ranæ, quæ illic non coaxant, vnde
✠Seriphia rana, adagium in mutos ac taciturnos. Eras.
✠Seripho in insula, nocẽtes relegebãtur, vt in Gyaron
✠Serius, flu, Cisalpinæ Galliæ in Abduam fluens.

Sermitium, ciuitas in Corsica insula. Ptol.
Sermuta, ciuitas est Pōti Galatici in Cappadocia. Pt.
✠Sermyla, ciuitas in Sithonia Macedoniæ Hero. li. 7.
‡Seropta, ciuitas Phœniciæ, vnde Seroptanum vinū. Sidon.
Serra, dictus est Tyberis ab eo quod ripas secaret. Se.
Serrepolis, villa est Pisidiæ in Cilicia. Ptol.
Serrium, mons Thraciæ Plin. li. 4. cap. 11.
✠Sertorius, nobilis Romanus qui Marianarum partiū fuit vna cum Cinnia. Plutarch.
✠Seruiliorū gens, notissima est ex Volaterrano. li. 19.
✠Seruilius, locus Romæ sic à conditore vocatus.
✠Seruius & Seruilius cognomina sunt virorum.
✠Seruius Tullius, præcipuus legum sanctor fuit Taci.
Sesamus, ciuitas est Paphlagoniæ Pomp. li. 1.
Sesarasij, populi sunt in Epiro Strab. lib. 7.
‡Sesarethus, vrbs Taulantiorum: gentile Sesarethius Steph.
‡Sesindium, vrbs Indiæ: gentile Sesindius. Steph.
✠Sesostris, rex Aegypti qui conatus est nauigabilē alueum ex rubro mari in Nilū producere Her. li. 2.
Sessites, fluuius in Padum defluens Pli. li. 3. cap. 16. Vulgo *Sesia*.
Sestiaria, promontorium est Mauritaniæ Tingitanæ. Ptol.
Sestiæ aquæ, sunt in prouincia Narbonensi Pli. li. 31.
Sestianæ aræ, promont. est Gallecíæ Pli. lib. 4.
Sestinates, populi sunt Vmbriæ in Italia Pli. li. 3.
✠Sestius, nomen scriptoris medici. Pli.
Sestus, oppidum est Thraciæ ad Hellespōtum situm Abydo obiacens. Pomp. lib. 2.
Sestiacus, a, ū. Auso. Sestiaca præceps de turre puella
Sestias, adis. Papi. Sedet anxia turre suprema Sestias.
Sestus, a, um. à Sesto oppido. Ouid. Sesta puella.
‡Seta, Rhœsi soror, ex Marte. Bithyn suscipit, à quo Bithynij populi Thraciæ. Steph.
Setabicula, ciuitas est Contestanorū in Hispania. Pt.
Setabis, oppidum Hispaniæ. Vulgo *Xatina* Sil. Celsa mittebat Setabis arce.
Setabis quoque, appellatur fluuius in Hispania.
✠Setabus, a, um. Catull. Nam sudaria Setaba ex Iberis
Setabitani, populi sunt Setabis accolæ.
‡Setæum, parua regio iuxta Sybarin, Gentile Setæus. Steph.
Setantiorum palus est in Britannia. Ptol.
Sethrais, ciuitas est metropolis Aegypti. Ptol.
Sethraites nomos, præfectura est ibidē Ptol.
Setia, op. est Latinorum mediterraneum. Ptol. Vulgo *Sezza*.
Setinum vinum, à Setia. Iuuenal. Et lato Setinū ardebit in auro.
Setini, populi sunt ab eadem Setia dicti.
Setida, ciuitas est in Hispania. Ptol.
Setinates, populi sunt Vmbriæ in Italia. Pli. li. 3.
Setusium, oppidum est Italiæ iuxta Alpes.
Seuaces, populi sunt Norici. Ptol.
Seuerus, mons est in Sabinis Verg. Montemq; Seuerum. Vulgo *Monte Seuero.*
✠Seuerus, nomen multorum virorum, vt
✠Seuerus Cæsar, Seuerus Attilius, ad quem Lactantius scripsit.
Seuia, ciuitas est Arabiæ desertæ. Ptol.
Seuini, prius dicti sunt qui postea, appellati Sabini.
Seuo, onis. mons Germanię ad mare Scythicū. Pli.
Seuri, populi sunt in Hispania. Ptol.
✠Sex, siue Sexi, oppidum est Bæticæ ad mare nostrum forte *Motril*. Alijs *Velezmalaga*.
Sexi, oppidum Bæticæ, Græcè dicitur Hexi.
Sexitanus, a, um. Mar. Et Sexitani ponatur cauda lacerti.
Sexagnani populi sunt Galliæ Aquitanicæ. Pli.
Sextani, populi sunt prouinciæ Narbonensis. Pli. li. 3
Sextifirmium, opp. est in ora Bæticæ. Pli. li. 3.
✠Sextius Caballus, scurra maximus, qui à calcitratu caballi nomen adeptus est. Mart.
✠Sextianus, a, um. vt Sextiana pyra Columel. lib. 5.
✠Sextus, philosophus Cheronensis Plutarchi nepos.

S ANTE I.

Sia, ciuitas est Armeniæ maioris. Pto.
‡Siagathurgi, populi quorum meminit Martianus in descriptione Sarmatiæ. Steph.
Siagul, oppidum est Africæ propriæ. Ptol.
Siala, ciuitas est in Cappadocia. Ptol.
✠Siambis, insula est in Oceano Britannico.
Sianticum, ciuitas est Norici. Pto.
Siaturanda, ciuitas est in Germania. Ptol.
Siauana, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Sibacena, regio est Armeniæ maioris. Ptol.
‡Sibæ Indiæ populi, qui cum Ceriade contra Dionysium pugnauerunt. Steph.
Sibde, opp. est contributū Cariæ Pli. li. 5. cap. 29.
✠Sibylla, puella dicebatur, cuius corpus numē recipit.
✠Sibyllæ, decem fuerunt vt author est Varro.
✠Sibylla Persica, cuius Nicanor mentionem fecit.
✠Sibylla Libyca, cuius meminit Euripedes.
✠Sibylla Delphica, de qua loquutus est Chrysippus de diuinatione.
✠Sibylla Cumæa, cuius Piso in annalibus meminit.
✠Sibylla Erithræa, quæ Troiæ excidiū vaticinata est.
✠Sibylla Samia, & Sibylla Cumana, nomine Amalthea
✠Sibylla Hellespontiaca, in agro Troiano nata.
✠Sibylla Phrygia, quæ Ancyræ vaticinata est.
✠Sibylla Tyburtina, quæ Tyburi vt dea colebatur.
✠Sibyllinus, a, um. quod est Sibillæ, vel à Sibilla fit.
✠Sibyllinus sacerdos, cuius erat Sibillinos libros aperire.
Sibyllates, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. Pli.
‡Sibyrtus, vrbs Cretæ: gentile Sibyrtius. Steph.
Sicambri, populi sunt Germanię Menapijs vicini Vulgo *Los de Geldres, y Cleues.*
✠Sicani, pop. Hispani, à fluuio Sicore dicti, à quibus Sicania dicta, siue Sicanie, es. quæ postea Sicilia.
Sicani populi, & Sicanus, a, um. à Sicania.
Sicanius, a, ū. Luc. Sicanio tegitur q carbo sepulchro
Sicapha, oppidum est Africæ inter Syrtes. Ptol.
Sicca Veneria, colonia est Numidiæ mediterranea. Ptol.
Siccensis, à Sicca. Solin. Magna voce Siccēses hortāt

Siceathorinm, ciuitas est Libyæ interioris. Ptol.
‡ Sicemus, vrbs Arabiæ incolæ Sicemi. Steph.
Sicendus, lacus est Thessaliæ. Pli. lib. 8. cap. 38.
Sicenus, insula est Cretæ. Strab. lib. 10. an Sicynos.
✤ Sichæus, Didonis maritus qui & Sicharbas dictus est
✤ Sichæus, a, um. Verg. Non seruata fides cineri promissa Sichæo.
✤ Sichem, filius Canaan, qui Sidonem ciuitatem condidit. Ioseph.
Sicilia, insula prope Italiam, omnium celeberrima.
Sicilia, prius Sicania cognominata à rege Sicano.
Sicilia, à multis Trinacria dicitur, quod tribus promontorijs censeatur.
✤ Sicilia, à Siculo Neptuni filio dicta.
✤ Sicilia, à principio Cyclopum patria fuit. Verg.
Sicilia, optima insularum, antiquitate rerum cæteras antecellit. Diodor.
‡ Sicilia, quondã agro Brutio coherens, mox interfuso mari auulsa est. Pli. li. 3. ca. 8.
Sicelis, idis. forma Græca à Sicilia fit. Verg. Sicelides Musæ, paulò maiora canamus.
Siciliensis, qui alibi ortus in Sicilia versatur. Cic.
✤ Siciliffo, as. Sicula lingua loqui. Plaut in Menæch.
Siculi, populi sunt illius incolæ.
Siculum mare, portio est maris Ionij. Pli. li 4.
Siculus, a, ũ. Hora. Siculiq; poëtæ narrabo interitũ.
✤ Sicinius Dentatus, strenuus bellator, qui Achilles Romanus appellatus est ob fortitudinem. Pli. li. 7. cap. 38.
Sicinum, opp. est Syphni insulæ. Pto.
Siconij, populi sunt Alpini in Liguria, Strab. li. 4.
Sicor, portus est Aquitaniæ occidentalis. Pto.
Sicoris, flu. est Hispaniæ citerioris. Pli. Vulgo. *Segre.*
Siculensij, populi sunt Sardiniæ insulæ. Pto.
Siculotæ, populi sunt in Dalmatia seu Liburnia. Pto.
Sicum, opp. est Dalmatiæ. Pto. Vulgo *Sebenico.*
Sicusa, insula est non procul ab Ephesо. Pli. libro. 5. cap. 31.
Sicinus, insula est vna è Cycladibus. Pli. li. 4. ca. 12.
Sicyon, oppidum est Achaiæ vetustissimum, Pausan. Vulgo *Basilica.*
Sicyonius, a, um. res ad Sicyonem pertinens.
Sida, ciuitas in Cilicia Pamphyliæ confinis. Pomp.
‡ Sidacæ, vrbs Lyciæ, à Sidace Amisodori filia. Steph.
Sidala, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
‡ Sidarus, vrbs & portus, gentile Sidaruntius. Steph.
‡ Side, vrbs Pãphyliæ, à Side filia Mentauri vxore Moli. Steph.
Sideni, populi sunt Arabiæ fœlicis. Ptol.
Sideni, populi sunt Germaniç magnę. Pto.
✤ Sidicinum, opp. est Campaniæ in Italia. Pli. li. 3.
Sidicinum, Theanum cognominatum est.
✤ Sidicinus, a, um. Sil. Sidicina quę bella remorunt.
Sidon, oppidum est Syriæ Phœnices.
Sidonicus, a, um. res ad Sidonẽ pertinens. Sal. Leges pleraque Sidonica instituta.
Sidonis, idos. Ouid Sidonis inq; pyra facti sub imagine facta.
✤ Sidonius, a, um, vt, Vestis Sidonia. i. purpurea.
✤ Sidones, populi sunt Thraciæ prope Hebrum. Plinio Sidoni dicti.
Sidones, populi sunt Germaniæ magnæ. Pto.
‡ Sidonia, vrbs Troadis, gentile Sidonis. Steph.
Sidrona, opp. est Liburniæ. Ptol. Vulgo *Sdriña.*
Sidrona, quæ alijs Stridona, diui Hieronymi patria.
Sidusa, insula est prope Chion contra Ephesum, Pli. lib. 5.
Sidyma, ciuitas est Liciæ, à Sidymo quodam Steph.
Sigo, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis. Pto. alio nomine Sigapolis. Vulgo *Guardia.*
Sigeũ, promontorium est in Asia propria dicta. Pto. Vulgo *Ianizzari.*
Sigæus, a, ũ. Verg. Sigæa igni freta late relucent.
Sigeius, a, ũ. Ouid. Sigeia toruo littora prospiciens.
✤ Sigalion, simulachrum quod Herpocrates alio nomine dicitur.
Siganeum, op. est Colchidis. Ptol. melius Giganeum
‡ Sigatha, vrbs Libyæ, ciuis Sigathæus. Steph.
‡ Sigillaria, via Romæ vbi sigilla vendebãtur. Gell. li. 5
Sigindunum, opp. est Mysię superioris. Ptol.
Sigius, mons est prouinciæ Narbonensis. Strab. li. 4.
Signani, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. Pli. lib. 4.
Signia, mõs est in cuius radicibus sita est Apamia. Pl.
Signia, ciuitas est Campaniæ in Italia in Lepino mõte. Vulgo *Seña.*
Signini, pop. sunt Italiæ à Signia dicti. Pli.
Signinus, a, um. à Signia: vnde Signinum opus, vinũ pirum.
✤ Signinum opus, quod confractis testis addita calce cõficiebatur.
✤ Signinum vinum, quod circa Signiam crescit.
✤ Signinum pyrum. Iuuenal. Signinũ Syriumq; pirum
Signinũ, in hac significatione pro quo Signatũ Vlpi. l. i. ff. de Riuis, vt mendose legit Albericus.
Signa, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Sigulones, pop. sunt Germaniæ magnæ. Pto.
Sigurra, ciuitas est Ilercaonum in Hispania. Ptol.
✤ Silanius, mons Hybernię insulæ altissimus.
✤ Silanius, à Silanio rege in vertice eius sepulto dictus.
Silaris, siue Silarus, flu. est Lucanorum in Italia. Vulgo *Seli en Basilicata.*
Silbiani, populi sunt conuentus Apamiæ. Plin. lib 5. cap. 29.
Silbium, ciuitas est Phrygiæ magnæ. Pto.
Silea, ciuitas est Mauritaniæ Tingitanæ. Pto.
✤ Silenus, Bacchi fuit alumnus & pædagogus. Verg.
‡ Siler, fluuius est Picentenorum iuxta Salernum decurrens. Lucan.
Sileum, ciuitas est Arabiæ fœlicis. Ptol.
Sileum quoq;, ponitur in Thracia. Herod. lib. 7.
Silia, fons est siue stagnum apud Indos. Strab. lib. 14. quod
Silia quoque dicitur, quo omnia merguntur & nihil innatat.
Silica, ciuitas est Libiæ interioris. Pto.
Silingi, siue Selingi, populi sunt Germaniæ magnæ.
Silus, fluuius est Venetię ex mõtibus Taurisanis fluens, Pli. lib. 3. cap. 18.

Sillura, insula in Oceano Britannico Solin. cap.55.
‡ Sillios, vrbs Ioniæ iuxta Smyrnam. Steph.
✥ Silon, insula est Indiæ, in qua arbor nunquam folijs nudatur. Aug. de ciuit. dei. lib.12.
✥ Silphij, pop. Libyci, ab insula Plateæ vsq; ad os Syrtium protensi, Herod. lib.4.
Siluini, pop. sunt Hirpinorum in Italia. Pl. li.3. ca.11.
Siluium, opp. est in Italia. Strab.
Silures, pop. sunt in Britannia. Ptol.
Siluum, opp. est Pamphyliæ mediterraneum. Ptol.
Siluum, opp. est Italiæ antiquum. Dionysio.
✥ Simbruina stagna, locus est apud Cor. Tacitũ. li.14.
‡ Simethis, nympha ex qua faunus Acin suscepit. Oui.
‡ Simethus, Siciliæ fluuius, non procul à Catanensi vrbe. Steph.
Simi, Aethiopes sunt qui cognominant Strutophagi
✥ Simichida, pastor, quem enarratores dicunt Theocriti poëtæ patrem fuisse.
Simiæ, insulæ sunt in mari Rhodiaco. Str. & Herod. Vulgo *Le Simie*.
✥ Simmias, philosophus Thebanus, cuius.23. dialogos ordine commemorat Diog. Laërtius.
✥ Simoësius, vir Troianus, apud ripas fluuij Simoëntis natus, ab Aiace Telamonio interfectus. Hom.
Simois, flu. Troianus qui ex Ida monte defluit.
✥ Simon, viri nomen, Græcis, Hebræis, & Latinis, pariter commune.
✥ Simon, Athepiensis philosophus ac Socratis discipulus, scripsit dialogos.34. Suid.
✥ Simon Magnesius, musicus egregius, de quo Strabo. lib.14.
‡ Simon Constantinopolitanus, ludimagister composuit Græce Metaphrastas. i. sanctorum vitas.
✥ Simõ magus, caput & Author totius hęreseos. Vol.
✥ Simon Tridentinus, puer à Iudęis cruci affixus. Vol.
✥ Simonides, Cæus poëta Melicus de quo Cic. in orat.
✥ Simonides alius, poëta Iambicus. Quintil. li.10. ca.1
✥ Simonides Magnes, poëta Antiochi tempore. Suid.
Simyra, opp. est Syriæ coeles. i. curuæ. Ptol.
Sina, vrbs est Mesopotamiæ.
Sina, mons quoq; est in Arabia Petræa. Ptol.
‡ Sinada, ciuitas Asiatica ad Cariæ fines. Strab. lib.12.
✥ Sinapodes, pop. fuerunt in desertis Africæ. Pomp.
✥ Sinarum regio, est Siricæ contermina. Ptol.
Sincus, opp. est ad montem Atho. Herod. lib.7.
‡ Sindarus, arx in Cyrrho oppido Syriæ. Steph.
Sindi, pop. sunt Scythiæ vel Sarmatiæ. Strab. lib.11.
‡ Sindia, vrbs Lyciæ: gentile Sindij. Steph.
Sindones, pop. sunt septentrionales. Strab. lib.15.
Singa, mons est Syriæ. Ptol.
Singaras, mons est Mesopotamiæ. Ptol.
Singilia, opp. est Bæticæ prouinciæ. Plin. lib.3.
Singilis, flu. est in eadem Bætica. Plin. libro.3. Vulgo *Guadaxenil*.
Singona, opp. est in Germania. Ptol.
Singrium, promont. est Lesbi insulæ. Ptol.
Singus, oppidum est Macedoniæ in sinu Singitico. Ptol.
Sinna, nomeu duarũ ciuitatum in Mesopotamia. Pt.
Sinnaus, opp. est Phrygiæ. Herm. in Plinium.
✥ Sinon, insignis proditor apud Verg. lib.2. Aeneidos.
✥ Sinon alius, fuit filius Autolyci, patri in furando & latrocinando simillimus. Verg.
Sinonia, insula est in mari Tusco. Plin. lib.3. cap.6.
✥ Sinope, nomen proprium regis Numidarum.
Sinope, opp. est in Galatia regione. Ptol.
✥ Sinope, Asopi filia, quam Apollo raptam in Pontum traduxit, & ex ea genuit Syrum.
Sinope, vrbs Põti, Cynici Diogenis patria. Str. li.12.
Sinopensis, e. Liuius. Querentium Rhodiorum de Sinopensium fraude.
Sinopeus, a, um. à Sinope. Ouid. Cynicus procul esse Sinopeus.
✥ Sinopicus, a, um. vt: Sinopica rubrica. Strab. lib1.
Sinsij, pop. sunt Daciæ. Ptol.
Sintica, regio est Macedoniæ. Ptol.
‡ Sintie, vrbs Macedo. iuxta Thraciã incolæ Sinti. Ste.
‡ Sintœum, castellũ est Armeniæ à Galatis conditum, gentile Sintœus. Steph.
Sinuessa, opp. est Italiæ, in fine noui Latij. *La qual algunos conjecturan auer sido, donde oy hallamos Monte Dragon*.
Sinuessanus, a, um. Horat. Inter Minturnas Senuissa nuniquæ Petrinum.
✥ Sinus magnus in India, is est quem hodie vocant *Mare de Sur*.
Sinzita, ciuitas est Armeniæ minoris. Ptol.
Sioda, ciuitas est in Albania regione. Ptol.
‡ Sionia, vrbs est Pontica: gentile Sionites. Steph.
Siparuntum, ciuitas est Dalmatiæ. Ptol.
‡ Siphe, nauale Thespiaeæ: gentile Sipheus. Steph.
Siphnus, insula est vna è Cycladibus in Aegęo. Plin. Vulgo *Siphano*.
Sipontum, vrbs Apuliæ iuxta Garganum montem. Vulgo *Siponto*, Græcis Sipus, untis. Sepius, untis, & Sipa dicitur.
✥ Sipuntinus, & Sepiuntinus, a, ũ. à Sipõto, & Sepiũte.
Siphara, ciuitas est Mesopotamiæ ad Enphratẽ. Ptol.
Sipylus, opp. est in Ionia regione. Plin. lib.5. cap.29.
Sipylus, prius Tantalis dicebatur. Plin.
✥ Sipyleius, a, um. Stat. Genitrix Sipyleia. i. Niobe.
✥ Siraces, populi sunt prope Caucasum montẽ versus meridiem. Strab. lib.11.
Sirangæ, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.
Sirbi, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Sirbonis, lacus est in Aegypto. Ptol.
✥ Sirenes, filiæ fuerunt Acheloi & Calliopes Musæ.
✥ Sirenum nomina sunt, Parthenope, Ligia, Leucosia.
Sirenum insula, est in mari Tusco adiacens Italiæ.
Sirenussæ, insulæ tres contra Laciniũ promõtorium
Sirenussæ, dictæ quia in eis Sirenes habitauerunt.
‡ Sires, pop. Thraciæ supra Byzantios. Steph.
Sirie, es, insula est prope Ortygiam. Hom. in Odyss.
✥ Siris, ab Aethiopibus dicitur Nilus.
‡ Siris, fluuius Libyæ prope insulas Phaselussas. Steph.
‡ Siris, vrbs Italiæ iuxta Metapontum. Steph.
Sirmio, peninsula locus Benaci, Catulli patria.

✥ Sirius

✠Sirius, stella perniciosa in ore canis maioris
Sirmium, opp. est Pannoniæ inferioris. Ptol. Vulgo *Simach.*
Sirnides, insulæ sunt prope Cretam. Pli. li. 4. cap. 12.
Sirtibes, pop. sunt Aethiopiæ sub Aegypto. Ptol.
✠Sisamus, vrbs Paphlagoniç. Hom. 2. Iliad.
Sisapona, opp. est Bæturię in Bætica. Plin. vnde
Sisaponensis, e. Pli. A Sisaponensi regione in Bætica vnde minium eruitur.
Sisapo, siue Sisapona altera, opp. est Bæticæ in Hispania. Fortè *Camora.*
Sisara, palus est in Africa propria. Ptol.
Sisaraca, ciuitas est Murbogorum in Hispania. Ptol.
Sisarus, flu. est Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Siscia, ciuitas est Pannoniæ superioris. Ptol.
✠Sisigambis, vxor fuit Darij Persarũ regis. Q. Curt.
‡Sisigylis, vrbs magna prope Celticam: gentile Sisigylites, Steph.
Sisolẽses, populi dicti ab oppido Latij quod interijt Plin.
Sisopa, opp. est Pannoniæ superioris. Ptol.
✠Sisyphus, Aeoli fuit filius, ob latrocinia à Theseo interfectus. Ouid. lib. 13. Metam.
✠Sisyphus alius, Corinthiorum rex, cui Merope Atlantis filia nupsit. Ouid.
‡Sisyrba, pars Ephesi, à Sisyrbe Amazone dicta. Step.
Sitacena, regio est in Assyria. Ptol.
Sitaphius campus, est in Africa propria. Ptol.
‡Sitheni, pop. iuxta mare rubrum. Steph.
✠Sithon, mons Thraciæ à quo Thracia dicta Sithonia
✠Sithonia, regio littoralis Thraciæ, versus Thermodontum. Herod. lib. 7.
Sithonij, pop. sunt Thraciæ omnibus.
Sithonius, a, um. & Sithonis, idis. à Sithonia dicitur
Sitia, opp. est Bæticæ. Plin. lib. 3. cap. 1.
Sitici, opp. sunt Mauritaniæ Cæsariensis. Ptol.
Sitioẽnta, ciuitas est in Mysia inferiori. Ptol.
✠Sittaca, ciuitas est in Assyria regione. Ptol.
Situa, ciuitas est Paphlagoniæ in Galatia. Ptol.
Siua, ciuitas est Cappadociæ. Ptol.
Siuata, ciuitas est Proselemmenitarum vel Bizenorũ in Galatia.
Siuerta, ciuitas est Britanniæ. Ptol.
Siuph, vrbs Aegypti patria Amasis regis. Hero. li. 2.
Siur, portus est Numidiæ in Africa propria. Ptol.
‡Sizara, Syriæ vrbs, aliàs Larissa dicta. Steph.

S ANTE M.

Smaragdus, mons est in finibus Aegypti. Ptol.
✠Smerdis, fuit Cambysæ Persarum regis frater.
✠Smilax, puellæ nomen, in herbam sui nominis mutatæ. Ouid.
‡Sminthe, vrbs Troię: gentile Smintheus. Steph.
✠Smintheus, nomen quo Appollo vocitatus est.
Smyla, ciuitas est in Cressæa regione. Herod. lib. 7.
Smyralea, quæ Cæsarea, ciuitas est Bithyniæ. Ptol.
Smyrna, opp. est Ioniæ in Asia minori. Strab. lib. 14. Vulgo *Le Smirne.*
Smyrna, cognomine Trachea, dicta prius quæ postea Ephesus, Vulgo *Foglie.*
Smyrna, dicta est Lycia, cognominata Myrrha Græcis.
Smyrna, à Colophonijs condita est. Solin.
Smyrnæus, a, um. Luca. Quantum Smyrnæi durabũt vatis honores.
Smyrnæus conuentus, à Smyrna cognominatus.
Smyrnophera, regio est in Arabia fœlici. Ptol.
Smyrnophera, regio est Aethiopię sub Aegypto. Pt.

S ANTE O.

Soaca, ciuitas est in Arabia fœlici. Ptol.
Soana flu. est Sarmatiæ Asiaticę. Ptol.
✠Soanes, pop. Asiæ extrema Caucasi obtinentes. Stra.
✠Socion, philosophus Peripateticus genere Hispanus Gellio.
Socossij, populi sunt Mauritaniæ Tingitanę, Melius Cocossij.
✠Socrates, philosophus Atheniensis vnus omnium sapiẽtissimus iudicatus, primus de morib⁹ disseruit.
✠Socratici, diuersi philosophi è Socratis schola prosẽminati. Vnde
✠Socrates, merito fons philosophorum appellatus est.
✠Socrates alius, pictor fuit. Plin. lib. 35. cap. 11.
✠Socrates Constantinopolitanus, qui Ecclesiasticam scripsit historiam.
✠Socraticus, a, um. qui Socratem imitatur.
✠Socus, vir Troian⁹ Hippasi filius, animo generosus. Hom.
Sodoma, orum. opp. fuit Palæstinæ Iudææ.
✠Sodomitæ, dicti fuerunt Sodomorum incolæ.
Soducena, regio est Armeniæ maioris. Ptol.
✠Sogdiana, prouincia Asiæ Sacis & Bactris cõtermina.
Sogdiani, pop. sunt Sogdianæ regionis.
Sogocara, ciuitas est Armeniæ maioris. Ptol.
Soggostedes, ciuitas est in Macedonia regione. Plin. libro. 4.
Soita, ciuitas est Armęniæ maioris. Ptol.
Solci, opp. est Sardiniæ insulæ. Ptol.
Solcitani, pop. sunt Sardiniæ insulę. Ptol.
Soli, ciuitas est Cypri insulæ. Ptol.
Soleus, a, um. à Solis vrbe. Varr. 1. de re Rustic. Dic. Soleus.
Solij, pop. sunt in Cypro insula. Strab. lib. 14.
Soli, siue σόλοι, opp. est Siliciæ regionis. Ptol.
Soliensis, e, id est, ad Solos ciuitatem pertinens.
‡Solimna, vrbs Indiæ, gentile Solimnæus. Steph.
Solinates, siue Feliginates populi Vmbriæ qui interijt. Plin.
Solis fons, ponitur in Aegypto. Ptol.
Solis insula, est in mari Indico semper rubens. Solin.
Solis mensa, Aethiopiæ locus, apparatis epulis semper refertus. Pompon.
✠Solis mensa, adagium de opulentorum hominum domibus, omni rerũ copia vbertim adfluẽtibus. Cel. Rod. lib. 29. cap. 4.
Solis mons, est in Mauritania Tingitanica. Pto. Forte *Cabo de Bojador frontero de las Canarias.*
✠Solis ostia, loca Indiæ ob ęstum intollerabilem sic dicta. Pomp. in descriptione Indiæ.
Solis sacra, promont. est Arabiæ fœlicis. Ptol.
‡Sollium, Corinthi oppidulum: gentile Sollicus. Ste.

Solœ,opp.est Ciliciæ idem quod Soli,orum.& Pompeiopolis, à Pompeio appellata.
‡Solœcissare,dicti sunt Athenienses,quos isthic Solō induxerat, cùm ab Atticæ linguæ puritate descisceren.
Solœntia,promont.est Libyæ interioris.Ptol.
Solœntij,pop.sunt Libyæ interioris.Ptol.
✠Solon,vnus fuit è septem Græciæ sapientibus.Gell.
Solymę,arũ. vrbs Iudęæ seu Palestinæ q Hierusalē.
Solymi,pop.iuxta Lyciam,quos Homer.pugnacissimos fuisse scribit,& à Bellerophonte deuictos.
Solymi,pop.fuerunt Asiæ qui perierunt.Plin.
Sontiates, populi sunt in Aquitania. Cæsari libro.3. de Bell.Gall.
Sontini,pop.sunt Lucaniæ in Italia.Plin.lib.3.
Sontiontij,pop.sunt Alpini.Plin.lib.3.cap.20.
‡Sontius,flu. Carnorum in Italia.Vulgo *Lisonzo*.
✠Sophaci,appellati suut Afri,à Sophono qui in Africa regnauit.
Sophena,regio est Armeniæ maioris.Ptol.
Sophena,regio Tauro monti est finitima.Pli.li.5.12.
✠Sophilus,Sicyonius vel Thebanus comicus. Athen.
✠Sophocles, Atheniēsis poëta tragicus Sophili filius.
✠Sophoclem, ex insperato gaudio ob victoriam ex tragœdia quadā repente obijsse, Valerius author est,
✠Sophocles,superioris nepos poëta tragicus docuit fabulas.40.vicit.8.Suid.
✠Sophocles alius,dux Atheniensium Sostratidæ filius. Thucyd.
‡Sophocles grammaticus,minor appellatus,enarrauit Lycophronem,Apollonium,aliosq; poëtas.
✠Sophocleus,a,ũ. Cic.An pangis aliquid Sophocleũ?
✠Sophron Syracusanus,Xerxis & Euripidis tempore, scripsit mimos viriles,& mimos fœmineos.
✠Sophron alius,poëta comicus de quo Athenæus.
✠Sophronia, matrona Romana, altera Lucretia Christiana,de qua vide Euseb.in histor.Ecclesiastica.
Sophtha,ciuitas est in Perside regione.Ptol.
Sora,ciuitas & colonia Volscorum in Campania Pli. lib.3.
Sora,ciuitas est Arabiæ desertæ ad Mesopotamiā.Pt.
Soractæ, mons est in Phaliscis non procul ab vrbe Roma.Vulgo *Monte de S. Siluestro*.
Sorectinus,a, um.à Soractæ.Vitru.lib.2.cap.7.
Soræi,pop.sunt Mauritaniæ Cæsariensis.Ptol.
Sorani, populi sunt in Campania à Tyberi vsque ad Sarnum.Cat.
‡Sorani, à Dite, nam Ditis pater Soranus appellatur.
✠Soranus,Ephesius medicus,Adriani & Traiani temporibus.Suid.
✠Soritæ,populi sunt ichthyophagi,quos Plin. Oritas vocat
Sornum,opp.est in Dacia.Ptol.
Soroba,ciuitas est Cappadociæ.Ptol.
Sorobis,flu.est Hispaniæ citerioris.
Soroga,ciuitas est Pannoniæ superioris.Ptol.
Sororium Trugillum,locus erat sacer in honorem Iunonis.Fest.
Sorthida,ciuitas est Babyloniæ regionis.Ptol.
‡Sosandra,insula iuxta Cretam :insularis Sosandrius. Steph.
✠Sosia,nomen viri proprium apud Comicos.
✠Sosibius,grāmaticus Laconicus,cuius meminit.Sui.
✠Sosij,bibliopolę olim erāt celeberrimi.Hor.de Arte
✠Sosipatra,Libyca fœmina, ac vates doctißima, vxor Aedesij sophistæ.
Sosippi portus,est in Arabia fœlici.Ptol.
✠Sositheus,Syracusanus fuit,æmulus Homeri Tragici.Suid.
Sosinates,pop.sunt Sardinię.Strab.
Sossius,flu.est in Sicilia insula Ptol.
Sosthenis,idis.ciuitas est Thessalorum in Macedonia Ptol.
✠Sostratus,vir fuit Aegineta,Laodamantis filius.
✠Sostratus,architectus qui turrim excitauit in Pharo insula,eiq; nomen suum inscripsit. Strab.lib.17.
✠Sostratus,sculptor qui ex ære signa faciebat.Plin.
✠Sostratus, Cereris sacerdos apud Corn.Tacitum.
✠Sostratus,vates qui per furorem multa Græcis prædixit.Herod.
✠Sostratus item,Sicyonius cognomento Acrochersites.Suid.
✠Sotades, Maronites poëta scripsit Iamborum libros, quos cinædos appellauit.Suid.
✠Sotades,comicus Atheniensis medię comœdię.Sui.
✠Sotades, philosophus scripsit de mysterijs librum vnum.Suid.
✠Sotericus Asites,poëta sub Diocletiano.Suid.
✠Soteridas Epidaurius, scripsit de musica libros tres, vt ait Dyonisius.
✠Soticena,dicta est Iuno ab antiquis,quasi salutaris & sospitatrix,Gręcis σωτειρα.
‡Sotira,vrbs Arienorum:gentile Sotirenus.Steph.
‡Sozusæ,tres vrbes, Phœnices, Pisidiæ, & Aethiopiæ. Steph.

S ANTE P.

✠Spaco,nutrix fuit Cyri regis.Herod.lib.1.
‡Spada,vicus Persicus, in quo primum eunuchi facti sunt,qui inde spadi nominantur.Steph.
Spalatra,opp.est Magnesiæ regionis.Plinio libro.4. cap.9.
✠Spargapises, filius fuit Tomyridis Massagetarũ reginæ,qui captus à Cyro seipsum interfecit.
Sparta,locus in Atropatia regione, in quo sales congelantur.
Sparta,æ.vrbs Laconiæ eadē quæ Lacedæmon vrbs. Vulgo *Misitra*.
✠Sparta,dicta à Sparto Phoronei filio qui eā condidit
Spartanus,a,um.Verg.Et virginis arma Spartanæ.
Spartacus,a,um.Luca. Causa caderes qua Spartacus hostis.
Spartiaticus, a, um. à Sparta. Plautus: Narrabo tibi res Spartiaticas.
Spartiata,æ.Cic.1.Tusc.Estote duri Spartiatæ.
✠Spartiatas,legimus in libris Machabæorum Romanis fuisse confœderatos.
✠Spartacus,gladiator Thrax fuit,à M.Crasso in prælio occisus.

N Spartarius,

Spartarius campus, est in Hispania Tarraconensi. St. lib. 3.
Spartion, promont. est Sithoniæ in Thracia. Stat.
‡ Spartolus, vrbs Macedoniæ: gentile Spartolius. Ste.
‡ Sparton, frater Phoronei, filium habuit Mycenæum Steph.
Specea, insula prius dicta quæ postea Cypros. Vulgo *Chipre*.
Spedon, ciuitas est Bœotiæ. Strab.
✥ Spelæitæ, Hercules, Mercurius, & Apollo nominantur, quòd eorum simulachra alicubi in spelűcis colantur. Steph.
Sperchea, ciuitas est Phthiotidis in Macedonia. Pto. Vulgo *Fitileo*.
Sperchius, flu. est Macedonię, ortus in iugis Pelij mõtis. Vulgo *Agriomelas*.
✥ Sperchionides penul. correp. patronymicum masculinum. Ouid. Caucaseumque Abarim Sperchionidemq; Lycetum.
✥ Sperchias, adis. patron. fœm. Ouid. Aestuat Alpheus ripæ Sperchiades ardent.
✥ Speusippus, philosophus Atheniensis Platonis ex sorore nepos. 8. annis scholæ Platonicæ præfuit.
Sphacteria, ciuitas est in Peloponneso. Str. li. 8.
Sphagia, insula est ante Pylon vrbem. Pli. li. 4. ca. 12. Vulgo *Sapientia*.
‡ Sphagitis, promontorium Scythiæ. Steph.
Sphin. i. cuneus, locus iuxta Sacrum promontorium.
Sphettus, locus est in Attica. Strab.
✥ Sphinx, monstrum apud Thebas cuius caput & manus puellæ, corpus canis, alę auis, vox hominis effigiem habebant. Pli. li. 8. cap. 21.
Spina, opp. fuit iuxta Padi ostium. Pli. li. 3. ca. 16.
Spineticum, dictum est Padi fluminis ostium. Pli. ibidem. Vulgo *Premicro*.
✥ Spintharus, nobilis arhitectus Corinteus. Pausan.
✥ Spio, nympha sic dicta à speluncis in quibus nymphę habitare dicuntur. Bocat. lib. 7. ca. 14.
Spireostoma, ostium est vnum Istri fluminis.
Spiretum, idem ostium dicitur quod supra Spineticũ Catull.
✥ Splẽdophorus, nomẽ ex Græco & Latino, quasi splẽdorem ferens.
Spoletinum, opp. est Turdetanorum in Hispania. Pt.
Spoletium, ciuitas est Vilumbrorum in Italia.
Spoletini, pop. sunt in Spoletio dicti.
✥ Spoletinus ducatus nunc dicitur, nõ Spoletanus, sicut ab Aretio Aretinus.
Sporades, insulæ sunt circa Cretã post Cyclades. Str.
Sporades, dictæ quod in mari sparsæ sint.
‡ Sporgilus, vicus Atticæ, vnde Sporgilius. Steph.
Spunda, ciuitas est Babyloniæ. Ptol. Melius Gunda.
✥ Spurina, dux, regis Parthorum q̃ Crassum interemit
✥ Spurina, matheinaticus ac vates fuit, qui Cæsari prædixit vt Martias caueret Idus. Suet.
✥ Spurina, adolescens egregia forma. Valer. de verecũdia.
✥ Spurius, inter pronomina antiqnorum duabus literis notatur. S. P. quasi sine patre.

S ANTE Q.

✥ Squinicij, Italiæ populi erant, quos Plinius. li. 3. Sabellos & Samnitas vocat.

S ANTE T.

Staberis, fluuius est in ora Contestanorum. Vulgo *Segura*.
Stabiæ, arum. locus fuit in agro Campano. Pli. lib. 3. Vulgo *Castel di Mare*.
Stabianus, a, um. res ad Stabias pertinens.
Stabulum, opp. est Teuthraniæ. Plin. lib. 5. cap. 30.
Stacheræ, pop. sunt Libyæ interioris. Ptol.
Stadia, cognomine Pegusa, ciuitas est Cariæ. Pli. li. 5
Stadia, prius dicta quæ postea Rhodus. Strab. li. 14.
Stæi, pop. sunt Liburniæ. Plin. lib. 3. cap. 12.
‡ Stagira, vrbs Aristotelis Stagiritæ patria. Steph.
‡ Stamene, vrbs Chalybum: gentile Stameneus. Stephan.
Staon, flu. est Medię. Ptol.
✥ Staphylus, Sicheni filius, primus vinum aqua misceri docuit. Pli. li. 7. cap. 56.
✥ Starcaterus, rex Danorum, vir immensæ fortitudinis Saxoni gramatico. li. 8.
✥ Staseas Neapolitanus, philosophus Platonicus. Cic.
✥ Stasis, vrbs persica: gentile Stasites. Steph.
✥ Statilinus & Statanus, dij, præsides quasi nobis astantes.
✥ Statiua, insula est. Stat. Aenariæq; lacus medicos, Statiuasq; renatas.
✥ Statius, nomẽ poëtæ comici fuit qui Cæcilius dictus est.
✥ Statius appellatus, quoniam seruus fuit.
✥ Statius enim seruile nomen est.
✥ Statius, alius poëta qui heroico carmine multa conscripsit.
Statonia, opp. est Hetruriæ. Stra. Vnde: Statonienses
✥ Stator, Iupiter dictus quia stare animo facit.
✥ Stator, quia Romanos in fugam à Samnitibus versos stare fecit.
Statyelli, pop. sunt Liguriæ circa Alpes. Pli. li. 3.
✥ Statyellæ aquæ, in via quę ab oppido Genua ducit. Placentiam.
Stauani, pop. sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Stegnatia, ciuitas est in Italia. Stra. li. 6.
‡ Stele, vrbs Cretæ iuxta Paresum & Rhythimnẽ. St.
✥ Stelenus, rex fuit Argiuorum quem Danaus regno pepulit, & ipsum regnum ad se pertraxit.
✥ Aruntius Stella, poëta Patauinus natus familia consulari. Martial.
Stellates, pop. sunt in Tuscia regione.
Stellatinus vicus, Romæ est. Fabio.
✥ Stennio, vna fuit Gorgonum Phorci filiarum.
✥ Stentor, vnus ex ducibus Græcorum, qui ad Troiam profecti sunt.
✥ Stentoris, tantus erat sonitus, quantus aliorum quinquaginta. Hom. li. 5. Iliad.
✥ Stentore clamosior, prouerbiũ est. Vide Erasmum in prouerb.
Stentoreus, a, um. vt Vox Stenrorea.
Stentoris portus, est in Thraeia, Plinio libro quarto capite. 11.

Stenycle-

‡ Stenyclerus, vrbs Mesenes: gentile Stenyclerius. St.
Stephane, ciuitas est in Italia. Plin. lib. 3. cap. 5.
Stephane, mons est Phthiotidis regionis. Plin. lib. 4. cap. 8.
Stephane, insula prius dicta quæ postea Samos. Plin. Vulgo *Samo*.
‡ Stephane, vrbs Phocidis, gentile Stephanæus. Steph.
‡ Stephanis, vrbs Mariádynorũ, gẽtile Stephanites. St.
✠ Stercutius, dictus est Saturnus, quòd primus stercorandi agri rationem inuenerit.
Sterca, ciuitas est in Attica regione. Strab. lib. 9.
Stereuntium, oppid in Germania magna. Ptol. Hodie Cassilium in Hassia. Vulgo *Cassel*.
Steriæ, Phæacum ciuitas est. Hom. 5. Odyss.
✠ Steropes, vnus fuit ex famulis Vulcani. Verg.
✠ Steropes, à fulgetra nomen sortitus est.
✠ Stesibrotus, ab Epaminunda patre Thebanorum duce interfectus fuit, quod contra mandatum patris cum hostibus conseruisset.
‡ Stesichorus, poëta ex Himera Siciliæ vrbe, Quintili.
‡ Stesilea, mulier admodum eleganti vultu. Plutarch. in Themist.
‡ Stesimbrotus, Tarsensis historicus, scripsit res gestas Cimonis ducis Atheniensium. Plutarchus in Cimone.
✠ Stenelus, fuit Capanei & Euadnes fil. in bello Troiano. Hom. & Verg. lib. Aeneid. 2.
✠ Sthenelus alius, Persei ex Andromeda filius. Hom.
✠ Steneleus, a, um. Ouid. Proles Steneleia Cycnus.
✠ Stenobœa, vxor fuit Prœti regis Argiuorum.
✠ Stenobœius, a, um. Sidon, Quã si spectasset quondã Stenobœius heros.
‡ Stilbe, nympha Lapithã filium ex Appolline peperit à quo Lapithæ populi dicti.
✠ Stilico, Honorij imperatoris socer, & occidentis administrator.
✠ Stiliconius, a, um. Claud. Agnoscat famulum virgo Stiliconia Pontum.
Stilpæ, vrbs Siciliæ: gentile Stilpæus. Steph.
✠ Stilpo, Megarensis philosophus fuit tempore Ptolemæi primi, scripsit dialogos. 20. Suid.
✠ Stimicon, proprium pastoris nomen apud Vergilium ecloga. 5.
✠ Stiphelus, vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius
Stiria, insula contra Cyprum. Plin. lib. 5. cap. 31.
Stobi, opp. est Pelagonum in Macedonia. Ptol.
Stoborrum, promont., est Numidię in Africa. Ptol.
Stœchades, insulæ sunt tres in mari Gallico. Pli. li. 3. Vulgo *Las Eras*.
✠ Stoici, philosophi appellati ab στοὰ, quod porticum significat, quo conuenire ac disserere solebant.
✠ Stoici, philosophi dicti sunt, qui prius Zenonij dicebantur, à Zenone doctore.
✠ Stoicus, a, um. adiect. vt: Libelli Stoici. Horat.
✠ Stoicè, aduerbium. Cic. At enim agit mecum Stoicè & austerè. Cato.
✠ Stoicida, æ. patronymicum. Iuuenalis. Trepidi Stoicidæ.
Stoni, orum. populi sunt Euganeorum. Strab. lib. 4.

Stonia, ciuitas ponti Galatici Cappadociæ. Ptol.
Stopelos, insula est prope Ephesum.
Storas, fluuius est in Italia. Strab. lib. 5.
✠ Strabo, philosophus Stoicus, ac geographus insignis
Stragona, oppidum est in Germania. Ptol. Hodie *Posnania*.
Strapellini, populi sunt Hirpinorum in Italia. Pl. li. 3.
‡ Stratia, vrbs Arcadica, à Phane filia sic nominata. Steph.
✠ Stratius, fuit vnus ex filijs Nestoris.
✠ Straton, rex Sidonis fuit, quem vxor propria gladio transfuerberauit. Hieron.
✠ Straton, Lampsacenus philosophus, Theophrasti familiaris, præceptor Ptolemæi Philadelphi.
✠ Straton alius, qui Isocratis auditor fuit. Laërt.
✠ Straton, medicus qui Erasistratum audiuit. Diog.
✠ Straton alius, historicus: alius item poëta epigrammatum. Diog. Laërt.
✠ Straton quoq;, antiquus medicus, vt ait Aristoteles.
✠ Straton, philosophus peripateticus, qui vixit Alexandriæ. Laërt.
✠ Stratõ, rethorices præceptor, ac Bruti familiaris. Plu.
Stratonica, opp. est Macedoniæ in sinu Singitico. Pt.
Stratonica, opp. est Cariæ conuentus Alabandici, à Stratonice Antiochi vxore dictum.
Stratonicensis, e. Ci. Princeps Stratonicensium erat Menippus.
Stratonis turris, opp. est Palestinæ Iudææ. Plin. lib. 5.
Stratos, opp. est Acarnaniæ in Epiro. Plin. lib. 4. ca. 1.
‡ Strenus, vrbs Cretica, gentile Strenius. Steph.
‡ Strepsa, vrbs Macedoniæ: gentile Strepsæus. Steph.
✠ Stridon, opp. in agro Iustinopolitano, à quo D. Hieronymus ortum habuit. Vulgo *Sdriña*.
Strongyle, insula in mari Siculo vna ex. 7. Aeolijs. Vulgo *Stromboli*.
Strongyle, insula prius dicta quæ postea Naxos. Vulgo *Nicsia*.
Strongylen, à Delo. XVIII. M, passuum separant. Pl. lib. 4.
Strongylen, opp. ponit Solinus in insula. cap. 20.
Strongyle altera, insula est in mari Lycio. Plin. lib. 5.
Strophades, insulæ duæ sunt adiacentes Peloponneso. Vulgo *Strivali*.
✠ Stropheus, rex Phocidis fuit & pater Pyladis.
✠ Struma, nomen viri apud Catullum.
‡ Struthia, vrbs Phrygię in finibus Lycaoniæ. Steph.
Strutophagi Aethiopes, sunt in Aethiopia Aegypti. Ptol.
‡ Strybia, insula Sporadum, gentile Stribiæus. Steph.
Stryma, oppidum est Thasiorum prope Mesembriã. Hero. lib 7. Hinc Strymenus & Strymesius.
Strimona, flu. est Macedoniam à Thracia separans.
Strymonius, a, um. à Strymone flu. Verg. Strymoniæq; grues.
‡ Stuinus, vrbs Ligurum, Ciues Stuini. Steph.
Stura, flu. est in Padum defluens. Plin. lib. 3. cap. 16.
Stura, flu. est in agro Laurente. Fest. Vulgo *Stora*.
Sturij, pop. sunt Germaniæ. Plin. lib. 4. cap. 15. Vulgo *Los de Staueren en Frisa*.

✠Sturiorum insula, quæ inter Helium ac Fleuum Rheni ostia sternitur.
Sturium insula in mari Gallico post Stœchades. Pli.
Sturni, populi sunt Sarmatiæ in Europa. Ptol.
Sturnini, pop. sunt Calabriæ mediterranei.
Stutia, flu. est Britanniæ insulæ. Ptol
‡Styllagium, vrbs Tryphiliæ: gentile Styllagius. Ste.
Stympheі, pop. sunt Aetolorum qui Tymphei.
Stymphalia, regio est Macedoniç. Ptol.
Stymphalus, mons est in Peloponneso. Ptol.
Stymphalus, opp. est Arcadiæ regionis. Ptol.
✠Stymphalus, Arcadiæ lacus est, ex quo Erasinus flu. erumpit, vnde aues Stymphalides.
✠Stymphalius, a, um. vt Monstra Stymphalia. Catull.
Styra, ç. siue Styre, es. ciuitas est Eubœæ. Stra. 10.
Styx, aqua est quædam infamis in Arcadia.
✠Styx, fons ad Nonacrin Arcadiç, exitiosus animalib⁹, cuius aqua præsentissimum est venenum.
Styx, igis. palus quædam apud Inferos dicta.
Stygis aquæ, fons est in Arabia fœlici. Ptol.
✠Stygius, a, um. Verg, Bis Stygios videre lacus, bis nigra videre Tartara.

S ANTE V.

‡Suagela, vrbs Cariæ: ciuis Suagelæus. Steph.
Suana, opp. est Tusciæ mediterraneum. Ptol.
Suanenses, populi sunt in eadem Tuscia. Plin. lib. 3.
Suaneres, pop. sunt Alpium incolæ. Pli. li. 4. ca. 20. Vulgo *Los de Svuindau cabe Passau en Austria.*
Suardeni, pop. sunt Sarmatiæ Asiaticæ. Ptol.
Suareani, pop. sunt Vmbriæ in Italia. Plin. li. 3.
Subalpinus, a, um. sicut Cisalpinus & Transalpinus. Plinio.
Subasani, pop. sunt in Corsica insula. Ptol.
Subatij, pop. sunt in Germania. Strab. li. 7.
Subcutilæ aquæ, sunt in Sabinis gelidissimæ.
Subi, flumen est Cossetaniæ in Hispania. Plin. lib. 3.
✠Subnouis, dicta est pars in foro ædificiorum, quod vocabulum eius peruetustum. Varr.
Suboctini, pop. sunt Alpini. Pli. lib. 3. cap. 20.
Subrita, ciuitas est Cretæ mediterranea. Ptol.
‡Subsolanus, ventus dicitur qui sole oriente subnasci videtur: Græcis ἀπηλιώτης.
Subula, siue Suburis, flumina sunt Mauritaniæ.
✠Subueteribus, locus in vrbe Roma sicut Subnouis. Plaut. in Curcul.
Subur, opp. est Mauritaniæ Tingitanæ.
Subur, opp. est Ilergetum in Tarraconensi. Plin. li. 4. ca. 3. Vulgo *Siges, alijs Cubelles.*
Suburanus, a, um. Verg. Nota Suburanas inter Telethusa puellas.
Suburbanum, locus est Romæ. Fab. Pictori.
Suburra, vicus Romæ à pago Succusano dicta ei vicino Succusa, inde mutatis literis Suburra.
Suburrana regio, prima Romæ fuit, authore Varr. de ling. lat. ab eo quod fuerit sub vrbe antiqua.
Suburra Quintiliano cum tribus literis notatur. Cic. tertiam ostendit.
S. V. C. in compendium Suburra designat.
✠Suburranus, a, um. vt, Suburrana regio. Perott.
Suburgia, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis, Ptol.
Suburpores, populi sunt Libyæ interioris. Ptol.
Succabar, opp. est Mauritaniæ Cæsariensis.
Succabon, opp. est Bæticæ.
Succasses, pop. sunt Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib. 4.
Succentes, pop. sunt Marsorum in Italia. Plin. lib. 3.
Succosa, ciuitas est Ilergetum in Hispania. Ptol.
‡Suculç, dictæ sunt stellæ, quæ alio nomine Hyades.
Succusa, à pago Succusano putatur dicta à Varrone.
